UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Exercitium primum de Devotione erga sanctissimam Dei matrem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

# EXERCITIV[M]
## PRIMVM

*De Deuotione ergà ſanctiſſima[m] Dei Matrem.*

## De Neceſſitate.

DUplici ex capite pullulat ex
tionis huius obligatio: ex dign
ſanctitate Virginis in ſeipſa, &
neficentiâ & miſericordia, quam
cauſa ſaluris noſtræ, nobis exhib
de vtraque diſſeretur.

## Caput I.

*Maria Virgo in ſe ſanctiſſima.*

CErtiſſimum eſt, & extra omne dubium, iur
dum ſanctitatis ſanctis ipſis exhibendum eſ
tum ac deuotionem: ordo enim Charitatis is eſt
maior collocetur amor & reuerentia, vbi maius
ſcitur obiectum bonitatis & perfectionis: ergò
gnitas ac ſanctitas Virginis (vt fidei docet veritas)
comparatione ſuperat exceditque reliquorum omn
Sanctorum dignitatem ac ſanctitatem, deuotio quo
quæ debetur B. Virgini, infinito quaſi exceſſu eorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perate debet deuotionem, & ſi V rginis ſanctitas pri-
a eſt poſt ſanctitatem Chriſti, deuotio & cultus, quem
nctiſſimæ Deiparæ debemus, primus quoque eſt poſt
ltum Chriſto debitum. Hanc ſanctitatem cum ex-
eſſu admirationis contemplantes ſancti Patres, quò
agis oculum intellectus ad illius attollebant cognitio-
em, cōmuori voluntatis affectu & deuotione eandem
uerebantur & amabant. Vndè cum admiratione ex-
lamabant: *O ſanctiſſima puritas, & puritas ſanctiſſima!* *S. Anſel.*
*O ſancta, & ſanctis ſanctior, & omnis ſanctitatis ſanctiſſi-* *S Pet. Dam*
*mus theſaurus! O cœleſte prodigium! O mare gratiarum!* *S. Ignat.*
*O mare ſpirituale habens gemmam electam Chriſtum! O* *S. Bonavēt*
*raſtantiſſimum vniverſi orbis terræ miraculum! O San-* *S. Ephrem.*
*cta, O Sancta, O Sancta Maria Dei genitrix, Mater & Vir-* *Idem S. Bo-*
*go! O amatricem & amatam noſtram.* Tales erant *na.*
S. Patrum affectus ergà Dei Matrem, & correſpon- *Gerſon. 2.*
dente deuotionis actu eam adorabant, amabant, reue- *ſerm. de*
rebantur, tanquam inæſtimabilem omnium virtutum *S. Bern.*
theſaurum, immenſum perfectionis totius pelagus,
cunctarum gratiarum abyſſum profundiſſimam, Ma-
trem Sancti Sanctorum, *ſpeculum ſine maculâ, & cando-* *lib. 1. vt*
*rem lucis æternæ*, quia *ipſam ſanctitatem per eſſentiam* *ſup.*
*Chriſtum Dominum concipit, peperit, educauit.* Et hæc
eſt prima cauſa, O Virgo immaculata, ob quam indigniſ-
ſimus ego *ante tuum tribunal genibus prouolutus offero,*
*dedico, conſecro* me totum, corpus, animam, ſenſus, po-
tentias, vitam ac mortem tuo ſeruitio & obſequio, tuo
honori & gloriæ tuæ, ac propono tibi ſeruire; teque
honorare & reuereri, tanquàm digniſſimam Dei Ma-
trem, tanquàm ſanctiſſimam omnis perfectionis idæ-
am, veluti venerandum Sacrarium Spiritus Sancti. Tua
mihi concedatur deuotio, tua mihi communicetur imi-
tatio, amor tuus mihi donetur, *& diues ſum ſatis, nec*
*aliud quidquàm poſco in cœlo, & in terrâ, in tempore &*
*æternitate.* Et hæc de primâ huius deuotionis
cauſâ, ad ſecundam nunc
progrediamur.

# CAPUT II.

*Maria Virgo cauſa noſtræ ſalutis.*

SAnctiſſima Mater vnà cum Chriſto conc
opus redemptionis & ſalutis noſtræ; Chr
quàm cauſa primaria, B. Virgo veluti cauſa ſecu
Chriſtus vt *Pater futuri ſeculi*, Virgo vt Mater
*um*; Chriſtus mediante ſuâ paſſione, Virgo
ſuâ compaſſione; Chriſtus nobis promeruit ſ
merita *de condigno*, Virgo per merita *de congr*
loquitur S. Bonauentura, *de digno*; Chriſtus
voluntatis, quo acceptauit mortem, noſtræ
nis ergò, nos generauit ad vitam gratiæ, & V
illo perfectiſſimæ Charitatis, quo mortem
æterno obtulit Patri, noſtræ ſalutis gratiâ, no
in ſpiritu vitæ. Denique ſi Chriſtus in Cruce
*& conſummauit opus noſtræ ſalutis*, Virgo Cr
*in ſummis doloribus*; nos, tanquàm filios ſuos,
Albert. Mag. — Deo. Vndè Albertus de Virgine intelligit
lum: *parturiuit Sion* (*id eſt ſpeculatrix*) *filios*
rum B. Virgo in ſpeculatione & conſideratione
ſiſſimæ paſſionis & mortis Filii parturiuit nos,
filios ſuos, ad gratiam. Et hæc ordinatio
Diuinæ Prouidentiæ conuenientiſſima extitit
ſi Protoparentes noſtri Adam & Eva volunt
cordi, vnanimique cordis conſenſu concurrerunt
ditionem & ruinam Mundi; Chriſtus pariter &
eius ſimul vniti, eodem conſenſu, operati
S. Bern. — noſtram ſalutem. *Sicut Adam*, ait S. Bernar
*fuit ſolus in noſtrâ damnatione; ità nec Chriſt*
*ſtrâ ſaluatione; ſed Chriſtus principaliter, Mar*
*principaliter.* Et ipſamet B. Virgo reuelauit S. B
S. Brig. — *Sicut Adam & Eva vno pomo ſimul vendiderunt*
S. Bona. in — *dum; ità Filius meus & ego quaſi vno corde*
ſpec. B. V. — *mimus Mundum.* Vnde infert S. Bonauentura,
ut dicitur de Deo: *Sic Deus dilexit Mundum,*
*ſuum vnigenitum daret*; ita dici poſſit de B. V
*Sic Beata Virgo dilexit Mũdum, vt Filium ſuum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*m daret.* Et ſi Apoſtolus dicebat de Chriſto, *qui dilexit me, tradidit ſemetipſum pro me*, & de Virgine dicere *Ad Gal. c. 2*
ſſem: *quæ dilexit me, & tradidit, non ſemetipſam, ſed ilium ſuum, quem ſupra ſe deligebat, pro me, vel ſeipſam in ſe, ſed in Filio.* Ex quo optimum S. Chryſoſtomus concludit documentum: Duo conſtrues altaria in monte Caluariæ, vnum Chriſto, alterum Virgini conſecratū: in vno Chriſtum corpore crucifixum; in altero B. Virginem animâ crucifixam contemplaberis, & utrumque ſacrificium ad tuam ſalutem ordinatum eſt; deinde coram hiſce proſtratus Altaribus habitationem tuam ibidem inſtrues, te offerendo in hoſtiam, in ſacrificium, & in perpetuum holocauſtum Chriſto crucifixo & Mariæ crucifixæ, Chriſto propter martyrium corporis, Mariæ propter martyrium cordis. Præterea, quemadmodum Chriſtus eſt cauſa ſalutis noſtræ non vniuerſalis dunxat, ſed etiam particularis, ita quoque ſanctiſſima Virgo. Voluit ergò Deus, quod, ſicut hæ duæ cauſæ, vna principalis, altera minùs principalis in noſtram vtilitatem & beneficium ſemper fuêre vnitæ & coniunctæ in prædeſtinatione, in conſenſu, in merito, in exemplo, in Paſſione, ita etiam ſimul concurrant in executione, efficacia, & applicatione gratiæ. Quapropter ſi Sancti Chriſto attribuant nomen Saluatoris, B. Virginem Mediatricis condecorant titulo; ſi Chriſtum appellent caput, Mariam collum eſſe aſſerunt; & ſi Chriſto dent nomen fontis, Mariam vocant aquæductum. Vndè ſi Chriſto te reconciliare exoptes, ad Mariam, quæ eſt mediatrix, tibi recurrendum eſt. Si deſideres à capite tuo, Chriſto, influxus recipere, per collum, quod eſt Maria, eoſdem ſperes, neceſſe eſt. Si aquam è primo fonte vitæ hauſtire percupias, per aquæductum, qui eſt Maria, eam deriuabis & obtinebis.

Quod ſi igitur Maria Virgo eſt cauſa ſalutis tuæ, ſecundario quodam modo, *& mediatè de condigno*, quia *concepit & peperit Chriſtum*, *& immediatè de congruo*, quia charitate ſuâ concurrit acceptando mortem Filii, & dando conſenſum, non per aliam viam, quàm per B. Virginem ſalutem ſperare poteris: *per ipſam*, per merità ipſius, *cum ipſa*, cum eius gratia, *in ipſa*, deuotione erga ipſam exercendâ.

Et ſi Chriſtus decreuit nulli conferre gra-
ſimul eandem impetrauerit ſanctisſima Virgo,
participabis influxus ex capite illo, niſi per
ex Diuino illo fonte aquas haud obtinebis, niſi
aquæductum, Deum minimè habebis propi-
Mediatricis huius interuentu. Et ſi Chriſtus,
*Serm. de aquaduct.* D. Bernardus, collocauit in Mariâ *ſui Sanguinis*
*ſationem, redempturus humanum genus, Domi-*
*um vniuerſum contulit in Mariam, quia ſic vo-*
*Matrem honorari,* quâ ratione ſanguinis huius
eſſe poteris, niſi recurras ad huius theſauri diſp-
cem? Inæſtimabiles gratiarum theſauri ſunt
ſacratiſſima Chriſti vulnera, quorum clauis
rit Virgo Maria, quæ eoſdem aperit deuotis ſuis
famulis. Hæc eſt dignitas, quam ſuper omnia
ſceptra ambire, deſiderare ac procurare mini-
mus, vt, nimirùm, huic Reginæ deuotè ſeruiamus
uotorum famulorum eius numero aſcribamur.
*lib. de laud. B. Virg.* *uire huic Reginæ,* ait D. Anſelmus, *regnare eſt & in*
*mancipia numerari plusquàm regium.* Hæc
*via,* deuotio ergà ſanctisſimam Virginem, *am-*
*eâ; qui eam inuenerit, inueniet vitam, & hau-*
*tem à Domino.* Et hæc de ſecunda cauſa de-
huius ſufficiant. De modo eandem exercen-
diſſeramus.

## Caput III.

### *De modo exercendi deuotionem ergà ſanctiſ-ſimam Dei Matrem.*

EXercetur hæc deuotio tenendo & conſeruando
ſemper viuam in corde, verbo, & opere. Pri-
corde, cenſendo Virginem ſanctisſimam tanqu-
ram Dei Matrem, ſperando mediante eius ſuffra-
ſuten, amando eam poſt Deum ſuprà omnes cre-
congratulando ei veluti Filii Matri, Patris Filiæ,
ſancti Sponſæ, ac totius Vniuerſi Imperatrici,
ei agendo pro omnibus beneficiis, quæ ab ipſa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſam à pientiſſimo eius Filio recepiſti. Loco omnium gratiarum ſolam petendo ab ea deuotionis gratiam, *venient omnia bona pariter cum illa*, offerendo te tàm excellæ Reginæ in ſeruum, & mancipium perpetuum, & denique, paucis vt plura complectar, conſtruendo cor tuum in viuum templum dedicatum & conſecratum venerationi ac cultui excellentiſſimæ Dei Matris. Ibi erit memoria, ipſius recordando beneficia; tuus intellectus, illius meditando prærogatiuas & priuilegia, voluntas tua, amando & amplectendo imitationem heroicarum eius virtutum. Hæc deuotio in corde tuo conſeruabit cæteras deuotionis functiones ad ſalutem neceſſarias, obedientem te efficiet ſanctiſſimæ Trinitati, patientem in tribulationibus cum Chriſto crucifixo, auidum panis Angelorum in ſanctiſſimo Sacramento, & ad oſtium cordis tui deſtinabit Angelum cuſtodem tuum, defenſoremque ab hoſtium inſidiis te protegentem. O te fœlicem, Anima mea, ſi tantâ digna facta fueris gratiâ, cor tuum non iam paradiſus terreſtris; ſed cœleſtis erit habitatio Dei, Templum Spiritus ſancti, regia Chriſti aula, Thronus Imperatricis Angelorum, idque totum, *precibus meritis, & gratiâ Mariæ benedictæ in ſecula.* Secundò, hanc oſtendes deuotionem in verbis, ſanctiſſimam inuocando Matrem in cunctis neceſſitatibus tuis, apud alios mentionem faciendo & diſcurrendo de eius prærogatiuis, virtutibus & priuilegiis, benedicendo & laudando eam, offerendo ei per diem varias orationes vocales, puta, recitationem officii, Roſarii &c. Tertiò, in opere, omnia, quæcunque perfeceris, dirigendo opera ad maiorem eius, ſanctiſſimique Filii ſui gloriam, inſuper & feſta eius ſingulari cum deuotione ac præparatione celebrabis, ac quotidiè infraſcriptam recitabis proteſtationem & orationem, in qua ſeptem actuum ſuprà memoratorum, quibus deuotio ergà B. Virginem comprehenditur, fit mentio, ac de die in corde eam adorabis actibus præfectim virtutum Theologicarum, fidei, ſpei & charitatis, dictas poſtulando virtutes ab ea, quæ eſt Mater pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei.

## *Oratio ad B. Virginem.*

PRoteſtor, ſanctiſſima Virgo MARIA, Mater Dei,
ram ſanctiſſima Trinitate, totaque cœleſti
quod te ſolam poſt Chriſtum, vt ſingularem m
gnoſcam, ac venerer Patronam, Dominam, Adu
& Matrem.

1. Me offero Maieſtati tuæ in ſeruum tuum, a
cipium perpetuum in tempore, & per totam æte
2. Te æſtimo, pronuncio ac proclamo vt vera
trem Dei.
3. Spero, tuo interueniente ſuffragio, gloria
ſtem & vitam æternam.
4. Te amo & diligo poſt Filium tuum ſuper o
5. Totus exulto gaudio, ſummaque perfu
tia tuæ infinitæ quaſi dignitatis ergò, quod ſis M
carnati verbi, Filia Patris æterni, Sponſa Spiritu
Regina Angelorum, ac totius Vniuerſi Imperat
6. Immenſas tibi refero gratias pro omnibus
ciis, quæ te mediante à Diuina recepi Maieſtate
7. Rogo te propter pretioſiſſimum Sanguin
Chriſti pro me peccatore effuſum, vt plenaria
torum meorum remiſſionem, nec non veram
rum tuarum virtutum, Humilitatis, Obedientia
ritatis, Patientiæ, & ad mortem vſque Perſeu
imitationem mihi impetrare digneris, Amen.

# Caput IV.

## *De Mediis pro acquirenda hac deuotione.*

*Opuſc. de dilect. c. 10.*

QVatuor ſunt, & ſimul coniuncta, iuxta do
S. Thomæ (quæ ad quamcunq; aliam virtu
tinendã pariter inſeruiunt) & ſunt Lectio, medi
ratio & exercitium: vt igitur eò magis accenda
deuotionem præcelſæ huius Reginæ, neceſſe e
mus meditemurq; virtutes & gratias Dei Matri c

s, & duodecim illis priuilegiis, quæ modò recenſebun-
ur, comprehenſas, poſtulemuſque ab ipſa deuotionis
uorem, & eundem modo ſuprà expoſito exercea-
us.

# Duodecim Sanctisſimæ Virginis Priuilegia.

## *Primum Priuilegium.*

## PRÆDESTINATIO.

*Prædeſtinata fuit vt Mater Dei, vt cauſa noſtræ prædeſtinationis, & vt finis Vniverſi.*

PRimò prædeſtinata fuit Mater Dei *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, (de ſe ipſa loquitur B. Virgo) ab æterno me poſſedit, eligit ac prædeſtinauit Deus ad maximam, poſt Deitatem celſitudinem ac dignitatem, qualis eſt Maternitas Dei. Vnde Bernardus: *In mente Dei prædeſtinata fuit, vt Deum ipſum hominem procrearet.* Et ſicut ex prædeſtinatione Christi, qua prædeſtinatus fuit Filius naturalis Dei, colligit S. Thomas, quod Deus plùs amaret ſolam Christi Humanitatē, quàm reliquas omnes creaturas ſimul, ita ex prædeſtinatione B. Virginis, qua electa fuit in naturalem Matrem Dei, ſequitur, Virginem ſanctisſimam plus à Deo dilectam fuiſſe, quàm reliquos omnes Sanctos ſimul cum tota Angelorum caterua. *Prou. 8.* *S. Bern. ſerm. de B. V. c. 4.* *1. p. q. 20. a. 15. & q. 25. a. 6.*

Secundò, prædeſtinata quoq; fuit, vt noſtræ prædeſtinationis cauſa. Vndè ab Eccleſia appellatur: *Mater viuentium, Mater electorū*, quia mediante ſua interceſſione non tantùm nos generauit ad vitam gratiæ & gloriæ, verùm etiam iam dudùm antè nos produxit ad vitam æternæ electionis & prædeſtinationis. Quamobrèm ſicut dicitur de Christo: *Prædeſtinauit nos in adoptionem* *Epheſ. 1.*

*filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum*, nimirum me-
rita, & ad imitationem Chriſti; pari quoque ratione
B. Virgine dici poteſt: *Prædeſtinauit nos Deus in adoptio-*
*nem filiorum per Mariam in ipſam*, per merita V
Mariæ, & ad imitationem Virginis Mariæ: per
Chriſti *de condigno*, per merita Mariæ Virginis *de con-*
*gruo*.

Tertiò, fuit etiam prædeſtinata tanquam
vniverſi cunctarumque creaturarum finis proxi
ſubordinatus: etenim dignitas Matris poſt illam
dignitatem ſummè bona eſt in ſeipſa, & per ſeipſa
mè apperibilis, ergò amanda & appetenda eſt prop
ipſam, & alia propter ipſam. Ex quo infertur
omnes creaturas fuiſſe productas propter finem
dinatū tamen alteri fini) nimirùm, propter
honorem & gloriam ſanctiſſimæ Virginis.

Coloſ. 1. Christo affirmat Apoſtolus: *per ipſum, & in ipſo*
*ſunt omnia*, quia *ipſe eſt primogenitus ante omnem*
*turam*, idē pariter dici poteſt de Virgine, quod
Eccl. 24. *& in ipſa creata ſunt omnia*, de ipſa namque c
cleſia: *ipſa eſt primogenita ante omnes creaturas*
quemodmodum ſacra Scriptura, ità productio
Serm. 2. Penthe: ſubdit S. Bernardus, tanquam finem reſpicit
Virginis: *De hac, & ob hanc, & propter hanc omnis Scri-*
*ptura facta eſt, & totus Mundus eſt.* Ex iis, quæ
primo priuilegio dicta ſunt, conſidera, quanta
tio illa, quam debemus ſanctiſſimæ Virgini,
*omnia*, vt ait S. Bernardus, omnes gratias, ab
prædeſtinationis noſtræ incipiendo, *Deus habere vo-*
Serm. de Aſſumpt. *luit per Mariam*: Quapropter magno cum funda
Andreas Hieroſolymitanus vocat Virginem D
*proſpectiuam Dei*, quià oculo Diuinæ miſericordiæ
nullo alio modo, quàm Virgine mediante reſpi
ſubleuat noſtras miſerias: Deus nos prædeſtina
mò reſpicit prædeſtinationem Virginis; com
turus nobis gratias & virtutes, eaſdem communicat
pter virtutes & gratias Virginis. Ideò conclude
bemus, quod *poſt Deum per Mariam, & in Maria vivi-*
*mus, mouemur & ſumus*. Ergò *omnia per Mariam,*
*ad Mariæ* offeramus laudem & gloriam.

## *Secundum Priuilegium.*

# MATERNITAS DEI.

### *Maria Deipara, & Deiſica in Chriſto.*

PRimò, non tantũ Maria Chriſtifera, ſed etiam Deipara fuit: quià vereàc propriè concepit ac peperit hominem Chriſtum, qui erat verus Deus. Et hæc excellentia Maternitatis Dei, veluti docet Angelicus, *habet dignitatem quandam infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus.* (S. Tho. 1. p. q. 25. art. 6.) Vnde ſanctiſsima Virgo propter ſingularem ſuam ſanctitatem, aut etiam propter dignitatem Matris naturalis Dei, meretur adorationem Hyperduliæ, & ſicut vnio perſonalis in Chriſto nil aliud formaliter eſt, quàm ſuſtentatio; ſed radicaliter & *exigitiuè*, vt loquuntur Theologi, eſt omnis perfectio, & omne donum gratiæ & gloriæ; ita dignitas Matris Dei eſſentialiter aliud non eſt, quàm ordo quidam & relatio ad Chriſtum tanquam ad Filium; at radicaliter & *exigitiuè* eſt coadunatio & vnio omnium gratiarum, & propter hanc dignitatem *Virgo* cunctis eſt prædita gratiis & perfectionibus, nec eſt donum Dei ita perfectum, puræ creaturæ communicatum, quod ipſa non ſit aſſecuta in gradu ſemper maiori & excellentiori.

Secundò, eſt etiam Deifica, non tantum in ſe, ſed in Chriſto, vt vult Auguſtinus, quia *caro Chriſti caro eſt Mariæ, & quamuis caro Chriſti gloriâ reſurrectionis fuerit glorificata, eadem tamen manſit, quæ ſumpta eſt de Maria;* (De Aſſumpt. B. V. c. 5.) & fortè hoc piè creditur particulare fuiſſe priuilegium in Beatiſsima Virgine, quod illa ſanguinis portio, quam ſubminiſtrauit formationi Corporis Chriſti, ſemper perſeuerarit eadem, & nunquam virtute caloris naturalis in Chriſto aſſumpta fuerit. Et hæc gratia Petro Damiano fundamentum dedit aſſerendi, quod *Deus in Virgine eſt quarto ſpeciali modo, ſcilicet, per identitatem,* (De Natiu.)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quia idem eſt*, *quod ipſa in Chriſto*, modo explic
Tertiò, fuit inſuper honorata à Filio ſuo ta
Mater, cùm, nimirum, Chriſtus quodammod
ſerit erga eam veluti ſubditus, conformiter loqu
Evangeliſta: *erat ſubditus illis*. Et ſicut D
non ſuſtulit à Chriſto, vt eſſet verus Filius V
ita nec ipſe ſe eximere voluit ab actibus reuere
lio & ſubdito competentibus; licet in Chriſto
queat vera & neceſſaria ſubiectio in ordine ad M
Vndè exclamat Petrus Damianus: *Hinc taceat &
tremiſcat omnis creatura, & tantam dignitatis m
ſitatem vix audeat aſpicere, ideò non rogat Fi*
*De laud. B. Virg.* *Ancilla, ſed imperat vt Domina.* Quibus
Richardus de Victore: *Orat Patrem, ſed ſubi*
vt ſibi & Patri æterno communem. Ex quo
diſcrimen inter orationem Matris & aliorum S
*S. Anton. de B. V. 4. p. tit. 15. c. 17.* rum, vt docet S. Antoninus; *Oratio Sanctorum
tantum gratiæ. Oratio autem Virginis innititur
Dei iure naturali & iuſtitiá*, & prætereà, *dùm S
petrant, etiam per Mariam impetrant.*

Ex hoc ſecundo priuilegio Virginis ſequitu
mentum omnis noſtræ lætitiæ; quia eadem ill
eſt Mater Dei, ſimul eſt Mater noſtra, & Virgo
lùm eſt Mater Chriſti tanquam perſonæ part
verum etiam vniuerſalis Capitis Eccleſiæ, cuius
mus membra: ergò illa eadem, quæ eſt Mater C
tanquam Capitis erit quoque Mater noſtra & o
*Hugo.* tanquàm membrorum. Et ſi *Maria eſt Mater*
ſumit Hugo, *& Chriſtus erit frater tuus, & D
Pater tuus, & Regnum cælorum hæreditas
omnia bona erunt tibi cum illa*, ergò profundiſſi
dam humilitate ac reuerentiâ præcelſam adeò M
acceptemus in Matrem, confitentes cand
*Eccl. 24.* in ipſa & per ipſam *eſt omnis ſpes vitæ
& virtutis.*

## *Tertium Priuilegium.*

# SANCTITAS.

*Sanctiſſima fuit Virgo Maria propter aliqualem immenſitatem gratiæ, propter eminentiam virtutum, propter Diuinorum influxuum abundantiam.*

PRimò immenſa fuit gratia Mariæ, quia, ut docet Angelicus, *habuit gratiam ſufficientẽ ad ſtatum*, proportionatam ſtatui Matris Dei, qui eſt ſtatus excellentiæ & dignitatis infinitæ; quod S. Bernardinus hoc declarat ex emplo: *vt ignis generet ignem nulla requiritur diſpoſitio, quia id habet ex natura ſua, ſed vt ferrum generet igneus, oportet, vt fiat ignitum; ſic vt Deus generet Deum, nulla requiritur diſpoſitio; ſed vt mulier generet Deum, neceſſe eſt, eleuetur ad quandam æqualitatem cum Deo per quandam quaſi infinitatem gratiarum & donorum, & fiat Diuina.* S. Th. 3. p. q. 7. a. 10. S. Bern. tom. 5. con. 61. a. 1. c. 12.

Hoc idem alio quodam exemplo, nempe, Intellectu Beati illuſtrari poteſt; iſte enim non concurrit tanquàm purum inſtrumentum ad viſionem Dei, ſed *per modũ naturæ & connaturalem* debet eleuari & fieri quaſi Diuinus mediante Lumine gloriæ: ita ſanctisſima Virgo quia non fuit ſolum inſtrumentum, ſed vera cauſa & naturalis Mater generationis Chriſti, neceſſarium fuit, mediante gratia eleuaretur (ſi ita dicere fas eſt) ad quandam quaſi æqualitatem cum Deo, vt digna Mater Dei eſſet; quare ſi poſsibilis eſſet gratia quædam infinita, hæc competeret Virgini, vt proportionaretur dignitati infinitæ Maternitatis Dei. Et hæ duæ dignitates, inter ſe proportionatæ, formæ, nempe & diſpoſitionis Maternitatis & gratiæ, ab Angelo expoſitæ ac declaratæ fuêre ipſi Virgini, vt aduertit Sanct. Thomas, in ſalutatione Angelica, quia dicendo: *gratia plena*, expreſſit dignitatem gratiæ, & ſubiungendo: *Domi-* S. Th. opuſc. 8.

nus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nus tecum, id eſt, ex vtero concipiendus,* declara-
tatem Matris. Et hic ſtupor & admiratio om-
cedit intellectum, quod creatura eò vſque pro-
vt ſit facta digna Mater Dei: vndè iure merito
*Orig. tom. 3. hom. 1. & 10.* Origines: *O digna digni, immaculata ſancti,*
*vnica vnici?* & hoc titulo, *digna*, exiſtimat Am-
compendio reſtringere omnes gratias Virginis,
*Quid in ſingulis moror? digna fuit, ex qua Filius Dei na-*
*ſceretur.*

Secundò, iuxta excellentiam gratiæ habitu-
eminentiſſimo ea, quæ proueniunt à tali gratia,
omnes omninò Sanctorum omnium virtutes.
*in intenſione.* Secundò *in multitudine.* Tertiò
quia eas accipit *per infuſionem.* Quartò *intem-*
inſtanti enim conceptionis ſuæ eas obtinuit.
*in puritate*, puriſſimæ namque fuêre abſque
tione habitus, aut paſſionis contrariæ. De-
*exemplo*, enimuerò Beata Virgo ſola in Eccle-
*S. Ambroſ. lib. 2. de virtut.* conſtituta eſt *vt vniuerſale exemplum omnium*
*tum* imitandum poſt Chriſtum, *in cuius vita*
*in ſpeculo refulget omnis forma virtutis, quid*
*quid effugere, quid timere debeamus.* Cedunt
tutibus Virginis Virtutes Sanctorum Compre-
*S. Anton. 4. p. tit. 15.* rum, & Angelorum cœleſtium, *quia habuit*
*modum viæ, ſimul per modum patriæ inamiſſibiles*
*modum viæ meritorias.* Tertiò, vltrà digni-
tiæ & virtutum habuit ſanctiſſima Virgo co-
communicationem cœleſtium influxuum, Di-
inſpectionum, & auxiliorum efficaciſſimorum
*Iſa. 58.* *ſplendoribus animam eius Dominus*, & vt al-
*ſplendore ſplendorum, & ardore ardorum, id eſt,*
*ſplendore & ſummo ardore*; cum plenitudine Di-
minis in intellectu, cœleſtis flammæ Charitatis
luntate, cum perpetuo quodam gaudio in ſum-
no, cum perpetuo beneplacito Diuinæ voluntati
*nis quotidiè cremabatur ardoribus, & ad Filii ſui*
*mum & indeſinentem intuitum affectuoſiſſimè*
*bat.* Hoc eſt priuilegium gratiæ, prærogatiua
propriæ Matris Dei: eique data fuit non pro ſe
xat, ſed vt nos omnes eiuſdem redderet particip-

*S. Tho. opuſc. 8.* — *Eccl. c. 24.*

uit gratiam, docet Sanct. Thomas, *non ſolùm per infuſionem in ſe, ſed etiam per refuſionem in alios*; idque innuit titulus, quem ei attribuit Eccleſia dicendo: *Mater gratiæ*; quia eſt Mater gratiæ increatæ, quæ eſt Chriſtus, & per conſequens Mater gratiarum creatarum, diſponens de illis, easque mediâ ſuâ interceſſione poſtulans pro iis, pro quibus ipſa vult: vnde de ſe ipſa loquens ait: *In me omnis gratia viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Quod ſi igitur optemus gratiam, deſideremus perfectionem, appetamus omnem virtutem, inſtanter ac continuò eam poſtulemus à Matre Dei, quæ eſt Mater & Fons gratiarum, Regina virtutum.

## *Quartum Priuilegium*

# PURITAS

*Libera fuit ſacratiſſima Virgo ab omni peccato ab inclinatione & tentatione peccati.*

PRimò fuit ſinè peccato, actuali & originali: quia iuxta doctrinam S. Thomæ *puritas intenditur per receſſum à culpa*: ergo vbi ſumma extitit puritas & ſanctitas, qualis fuit in B. Virgine, ibi nullum potuit eſſe peccatum, neque actuale, neque originale. *S. Th. in 4. diſt. 44. q. 1. a. 3.*

Hocidem confirmat S. Anſelmus: *Decens erat, inquit, vt Beata Virgo eâ puritate niteret, quâ maior ſub Deo nequit intelligi.* Idque fuit conueniens: primò ratione Patris æterni; ex quo enim ordinabat, quod Virgo eſſet Mater ſui Filii, generatio humana Verbi, *quæ eſt ex corde Matris*, quoad fieri poterat, aſſimilanda erat puritati generationis diuinæ, *quæ eſt ex corde Patris*. Secundò ratione Spiritus ſancti; cùm enim diſponeret Virginem, vt eſſet digna Mater Dei, rationi conforme erat, vt ad ipſiusmet Dei puritatem, quantum puræ creaturæ patiebatur capacitas, proximiùs accederet. Ter- *S. Anſel. de Concept. B. V. cap. 18.*

*Aug. lib.* 1. tiò propter honorem Filii, *& propter*
*de nat. &* *Chriſti*, vt loquitur Sanct. Auguſtinus,
*grat. c.* 3. mè conueniens fuiſſet, vt Diuina eius Perſo
*Prov.* 37. nem aliquanto temporis ſpatio peccato inſe
*Eccleſ.* 3. ſumpſiſſet: *Gloriam filiorum Patres eorum*,
*Pater ſine honore.* Et quamuis Virgo ſancti
Conceptione ſua non eſſet actualis Mater Chri
*S. Th.* 3. *p.* men, quia ordinabatur ac diſponebatur ad dig
*q.* 27. *art.* 5 illam, debebat eſſe lux puriſſima abſque omni
vmbra peccati.

Secundò, Virgo non ſine peccato duntaxat
etiam ſine propenſione & inclinatione ad pecca
que probatur ex eodem principio ſummæ pu
ſanctitatis Virginis debitæ ſummæ vnioni, qua
Virgo cum Deo ratione Maternitatis, & huic
puritati, qua maior ſub Deo reperiri non poterat,
S. Anſelmus, certo quodam modo repugnab
*D. Anſelm* peccati, *qui eſt moralis quadam neceſſitas* ad
*peccatum.*

Tertiò, libera quoque extitit B. Virgo ab om
3. *p. q.* 41. tatione intrinſeca cauſata à Dæmone: etenim p
animæ ſanctiſſimæ Virginis tali modo regula
firmatæ erant in bono, vt nulla virtute Dæmon
rint fieri inordinatæ, imò nec diſponi ad el
actum indifferentem & indeliberatum. Summ
Virginis puritati adiungitur, tanquam vltima
ſummata perfectio eius, Viſio clara & intuitiua
Puritatis Diuinæ Eſſentiæ, ad quam, vt multis
cet Doctoribus, eleuata fuit in inſtanti etiam C
ptionis ſuæ, ita vt non ſolum concepta fuerit
ne peccato originali, ſed etiam in gloria ratio
*Pet. Dam.* nis claræ Dei. In Conceptione ipſius, affirmat
*ſerm. de* trus Damianus, *in candorem lucis æternæ*
*Aſſumpt.* *ritas conuerſa eſt.* Quod idem confirmat S. Be
*20. 2.* aſſerens: *In prima ſua ſanctificatione in Lumina*
*S. Anton.* *bat lumen*, & Antoninus: *Datum eſt noſſe, cui da*
*8. p. tit.* 15. *experiri, & quod tantum Patri eſt notum, ſit & la*
*c.* 17. § 1. pro ratione adducit Gerſon potentiam Dei cum
*Sup. Ma-* tia, *potuit dare fruitionem Patriæ in inſtanti conc*
*gnif.* *& decuit.*

Etſi de S. Paulo affirmat S. Thomas in conuerſione ſua, quod viderit Diuinam Eſſentiam, quanto id æquiori iure affirmari poteſt de ſanctiſsima Virgine, quando in inſtanti Conceptionis ſuæ non tantùm ſanctificata fuit; ſed etiam cum immenſa gratiarum plenitudine in omni ſanctitate & perfectione confirmata, in qua tamen ad mortem vſque profecit. Fortè hoc ipſum innuere voluit ſacratiſsima Virgo, quando loquens S. Brigittæ, dixit, quod in inſtanti Conceptionis ſuæ *tanta dulcedine repleta fuit, vt impoſſibile ſit effatu*; & hæc dulcedo ineffabilis, ſecundùm Apoſtolum, nil aliud eſt, quàm Beatæ Viſionis gaudium. 2. *Cor.* 12.

Profundiſsima ergò ac humillima reuerentia adoro, O puriſsima Virgo, ſacroſanctum Conceptionis tuæ myſterium, benedicendo diem, horam & momentum quo fuit creata illa anima, infuſus iſte ſpiritus, viuificatum & animatum corpus illud, quod debebat eſſe templum viuum Spiritusſancti, & thalamus nuptialis magni illius ſponſalitii celebrandi inter naturam humanam & Diuinam. *Adoro, Virgo ſanctiſſima, puriſſimam Conceptionem tuam*, & per eam, te precor, *fiat cor meum immaculatum, vt non confundar*, & cordi iam purificato ſemper ac indelebili charactere imprimatur nomen tuum; um, Amen.

## *Quintum Priuilegium.*

# VIRGINITAS.

*Virginitas Mariæ Virginis fuit Fœcundiſsima, Humillima, Efficaciſſima.*

PRimò fœcundiſsima, quà coniuncta Maternitati, & coniuncta Maternitati Dei *miraculum ſuper omnia*, inquit S. Bernardus, *quæ generat Mater eſt & Virgo, qui generatur Deus eſt & homo*, & quemadmodum Deo non conueniebat naſci *niſi de Virgine*; ita Virgini *non con-* *S. Bern. ſerm. de*

*grue bat generare niſi Deum*: vndè infert idem
Doctor, Virginitas & fœcunditas Mariæ
*S. Bern in Sign. Magnum.*
mutuæ, quia vna naſcebatur ex altera, *Virginitas*
*cunditate, & fœcunditas ex Virginitate*, & in
eius anima, tanquam in cœlo animato
*hæc duo ſidera illuſtrabant*. Hæc fuit cauſa,
metſi eo tempore nullum exſtiterit præceptum,
ſilium, neque exemplum huius virtutis, cam
nùs B. Virgo elegerit, & à principio Concep
Voto continuauerit: quia Deus, qui ex Virg
volebat, inſpirauit ei huius virtutis deſiderium
quumque, quo votum illud obſeruare debeba
*S. Bonav. de Vita Christi. c. 3. S Th. q. 28. art 4.*
uit. Neque quidquam voto contrarium egit,
endo in matrimonium: ſiquidem per reuela
quoq; accepit, quod S. Ioſeph voluntati ſuæ
futurus eſſet contrarius, imò quod idem cum
ſet virginitatis votum. Neque Virginis votum
*Exod. 13. S. Tho. in 4. diſt. 33. art. 2.*
tra legē, aſſerentem: *Non erit in te infœcunda,*
Hæc enim verba non continent præceptum,
miſſionem; vndè Virgo non fecit *contra, ſed*
*ceptum*.

*S Bern. in Homel. tom. 2. ſer. 51. art. 1. c. 3 & art. 3 cap 2 S. Ambroſ. lib. inſtitut. Virg. c. 7.*
Secundò, non fuit duntaxat fœcundiſſima
Virginitas, ſed etiam humillima, *& ſi virginita*
*tamen ex humilitate concepit*, & ſi virginitas
ma, puriſſima quoque fuit humilitas propter
am ſuæ nihilitatis ſupremique eſſe Dei con
nem: *Totaliter ſe annihilabat ſub velito Diuin*
*actualem relationem ad Diuinam Maieſtatem &*
*nihileitatem*.

*Alenſ q 9 memb 7. Henric lib 2. de B. V c. 2. S. Tho. in 3 diſt. 3. q 1 a. 4. quæſt. S. Antonin p. 4. tit. 15. c. 17. §. 4.*
Tertiò, fuit etiam efficaciſſima: etenim non
in ſe cuſtodiebat puritatem; ſed in aliis etiam
ſuâ eam cauſabat: *Solo aſpectu concupiſcentia*
*tinguebat, & mundanorum hominum corda*
*deſideria eleuabat*. Cuius ſola modeſtia
S. Thomam, non erat cauſa; ſed vigor gratiæ
*Nō ſola naturalis forma, aut modeſtia, ſed erat*
*gularis gratia*. Meritò igitur dicitur Virgo Virg
micæria Virginitatis; quia omnes ſuperauit non
duntaxat, ſed etiam Angelos: *In beatâ Virgine*
*fuit multiplicior, vtilior & glorioſior*; quia

…uit & in corpore, & in anima, pariter cum merito & victoriâ *non per tentationem carnis, ſed per tentationem hoſtis*, quomodo caſtitas fuit in Chriſto Domino noſtro, & in Angelis extitit ſolùm in ſpiritu ſine merito, & cum neceſſitate. Ex iis, quæ hucuſque diximus de Virginitate Mariæ Virginis, efficaciſſimum tibi proponitur medium, quo perſerues, teque conſerues in caſtitate & puritate. Eundem illum effectum, quem in terris hic exiſtens Virgo ſuâ cauſabat præſentiâ, operatur modò per memoriam; conſerua in corde tuo memoriam ſanctisſimæ Virginis, memor ſemper illius, & prærogatiuarum ac priuilegiorum eius, & in teipſo caſtos puroſque experieris cogitatus, ſanctoſque effectus: *Virgo ſingularis*, oremus cum Eccleſia, *inter omnes mitis, nos culpis ſolutos, mites fac & caſtos.*

S. Th. in 4. diſt.

## *Sextum Priuilegium.*

# MERITUM.

*Meritum ſanctiſſimæ Virginis fuit eminentiſſimum in termino, in intentione, in continuatione, inter omnium Sanctorum merita.*

PRimò merita B. Virginis fuêre eminentiſſima ratione termini; quia *meritorum verticem vſque ad ſolium Diuinitatis erexit*, neque duntaxat *habuit merita congruitatis ad gratiam & gloriam*, veluti alii Sancti habuêre, verùm etiam *merita congruitatis ad Maternitatem Dei*, ideò *talis eligitur Virgo, quæ tantum haberet meriti, vt Dei Filium in ſe ſuſciperet.* Idque Diuinæ Sapientiæ proprium eſt, vt non communicet dona abſque prævia diſpoſitione, vel *de condigno*, vel *de congruo*, ab auxilio ſuo Diuino promanante. Priusquam igitur communicaretur infinitum donum ac dignitas infinita Maternitatis Dei, conueniens fuit,

S. Greg. in Reg. 1. S. Aug. ſer. 10. de Nat.

congrua præcederet diſpoſitio & meritum, quæ
pit ab inſtanti Conceptionis Virginis, & in
ſtanti ſalutationis Angelicæ, ac toto hoc temp
curſu magnus Magiſter cœleſtis Spiritus Sanct
ſuit ac perfecit ſanctiſſimam illam Animam, vt
Dei habitaculum effici mereretur.

Secundò, meritum B. Virginis nimirum
*In Orat. Eccleſia.* magnoque exceſſu ſuperauit merita omnium
rum, quia meritum & præmium inter ſe habent
tionem, ergò ſi præmium & dignitas ſuperat
onem cunctarum dignitatum Sanctorum,
riter ſuperabit collectionem omnium merito
rundem Sanctorum. Imò addit S. Bernhardus
*De feſtis B. V. ſerm. 15.* ſanctiſſima Virgo ſolo illo actu, quo præbuit
Angelo (quia eo promeruit infinitam dignitatem
ternitatis Dei) aliquid longè maius promeruit
reliqui omnes Sancti ſimul & vnitim ſumpti
ceſſus meriti ex quatruplici capite debetur Virgini
mò, propter exceſſum excellentiæ Maternitatis
dictum eſt. Secundò, propter exceſſum amoris
fuit à Deo dilecta, cùm plùs, quàm reliqui
cti collectim ſumpti, è Deo dilecta & adamata
donum infinitum Maternitatis Dei, quo
*Spec. B. V c 6. Tom. 2 ſerm. 51. c. 3. de feſtiuit. B. V.* *Ecquid mirum*, aſſerit S. Bonauentura *ſi præ*
*ligat, quæ præ omnibus eſt dilecta?* & potius, inquit
nardinus, *præ ſola Virgine redimenda incarnatus*
ſtus, quàm pro cæteris cunctis hominibus
ceptis, & nobiliſſimo quodam redemptionis
*S. Fulgent. de B. V.* quomodo redempti fuêre Angeli, *non ſanando*
*ſeruando; non vt ſurgerent, ſed ne caderent.* Te
pter exceſſum gratiæ, & quia eſt cauſa omnis
*congruo*, cunctas, neceſſe eſt, contineat gratias
que omnem gratiam, & ſi perfectio effectus
præcedere & præſupponi in ſua cauſa: *omnis*
*S. Bonau. in ſpec. de B. V. c. 6.* *Mariam confluxit, quia per Mariam omnis gratia*
*ros defluxit.* Ex qua ratione magno cum
concludit S. Bernardus, cunctarum creaturarum
*S Bernard. ſerm. 2. de Aſſumpt.* fixos intentosque eſſe in B. Virginem, quia
ipſam præſtolantur gratiam: *Meritò in eam*
*oculi omnium creaturarum, quia in illa, & per*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*le illa benigna manus omnipotentis, quidquid creauit, recreauit.* Quartò, propter exceſſum perfectionis in operando ſemper ſecundùm æqualitatem, quo operationis genere habitum adeò reduplicauit, vt vltimo illo actu amoris Dei, quem B. Virg. ante mortem ſuam immediatè, elicuit, tantùm promeruit, quantùm omnibus totius peractæ vitæ actibus ſimul vnitis. Et hic efficaciſſimus operandi modus ex quatuor cauſis procedebat; primò, ex immenſa copia primæ gratiæ: ſecundò, ex infuſorum ſupernaturalium habituum excellentiâ: tertiò, ex Diuinis auxiliis abundantiſſimis & efficaciſſimis: quartò, ex remotione omnis paſſionis concurſum gratiæ retardantis. Hæ ſunt diuitiæ ac theſauri meritorum Matris Dei, in hiſce nobis ſperandum eſt, hoſcè offerre debemus Chriſto in defectu noſtrorum meritorum, hiſcè ditanda eſt operum noſtrorum egeſtas & inopia: ſi ſperes, exopteſque te vnire Chriſto, tanquàm membrum capiti, procura te vnire Mariæ, tanquam collo, quia, vt ſacri aſſerunt Doctores, *Tota pulchritudo gratiæ, quæ eſt in Chriſto, vt in capite influente, eſt in Maria, vt in collo transfundente.* Con fide, & ſpera in meritis Chriſti, ſed per mediata *Mariæ* Virginis merita. O ſanctiſſima merita, per vos, & in vobis eſt tota mea ſpes & fiducia. Impetat me Dæmon, quantùm voluerit, deſperationis iaculo, pugnent contra me cuncti Sathanæ ſatellites, Totus denique in me ſæuiat infernus, & ego ſemper dicam: Tu es, Virgo, ſpes mea, & tota ratio Spei meæ, ſpero in *Maria*, in gratia *Maria*, in ſanctiſſimis & efficaciſſimis meritis *Mariæ*, *ipſa ſpes mea, ipſa vita mea, ipſa gaudium in æternum, Amen.*

S. Epiphan. S Bernard S. Ephren.

## *Septimum Priuilegium.*

# SCIENTIA.

*Intellectus Beatiſſimæ Virginis fuit illuminatus & illuſtratus omni ſcientia, naturali, ſupernaturali, & beatâ.*

PRimò, cognitio debet proportionari gratiæ. & dona intellectus donis voluntatis: ergò cùm B. Virgo ſit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prædita gratia perfectiſſima, dignitati Matris De
portionata, hoc idem aſſerendum eſt de co
ne. Quam ob cauſam intellectus Virginis p
tatus fuit omnibus ſcientiis naturalibus & b
rerum non materialium duntaxat; ſed etiam
ritualium & Angelicarum, quia tanquam
lorum Dominæ ac Reginæ competebat ei, v
rerum polleret notitia & cognitione, &,
Sanct. Bernardus, hæc ſcientia ei infuſa fuit
Tom. 2. ſerm. 51. c. 2 mæ ſanctificatione, quæ contigit in eius con
*Vt perfectè intelligeret creaturas, Creatorem,*
*tus, & omnia bona amplectenda, & omnia*
*gienda.* Secundò, intellectus ſanctiſſimæ V
dotatus quoque fuit cognitione & ſcientia
pernaturalium, idque etiam in inſtanti Conc
S. Antonin ipſius: primò fuit ei communicata fides infuſa
4 p. tit. 15. *Angelico ſine conuerſione ad phantaſmata,*
c. 19. Theologia infuſa, tertiò, ſcientia etiam infuſa
bus ſuperanaturalibus repræſentantibus myſte
Alb. lib. 1. pernaturalia: *Habuit ſanctiſſima Virgo*, ait Albe
de B. V. *mul cognitionem veſpertinam & matutinam*,
cap. 71. *fidem & ſcientiam infuſam*, ratione cuius ha
num orationis continuæ etiam in ſomno,
huius ſcientiæ non habet à ſenſibus depend
S. Anton. Tertiò, Beatiſſima Virgo inſuper ditata fuit
4. p. tit. 15. Beatâ, ratione Viſionis claræ Dei, vt docet
S. Bern. rum plurimi, *& reuelationem in Verbo, &*
Hom. in *bum, vel ſpecies infuſas*, ac vndecim annorum
miſſus eſt. quo Beata Virgo in templo commorata fuit,
S Cyprian. *beatâ quotidiè fruebatur*, inquit S. Hieronymus.
ſerm. de damentum huius priuilegii eſt excellentia dig
Nat. B. V. Matris; quia cum Chriſtus eſſet Filius Beatæ V
Rup. lib. 3. non tanquàm purus homo; ſed vt homo Deus
in Cant. gruum erat & decebat, vt Virgo eum, vt ho
S. Hieron. Deum, perfectè & clarè cognoſceret, tum
lib. de ortu nitate, tùm in Diuinitate; & ſi hoc idem p
B. V. conceſſum fuit aliis Sanctis, vt multi referu
Paulo & Moyſe, quanto magis illud conced
eſt ſanctiſſimæ Virgini. Neque vllius rob
quod aliqui aſſerunt, id eſſe verum in dom

riam perfectionem & ſanctificationem ſpectantibus, bi videre Deum *in via eſt donum gratis datum*; ſiquidem hoc donum, ut benè notat Suarez, ſpectat ad gratiam ſanctificantem, cùm non actualis viſio duntaxat, ſed etiam illius memoria excitet animam, eamque in ſingularem eiusdem Dei accendat amorem. Hæc fuit eminentiſſima Virginis ſcientia, non ab humano, ſed à ſuperhumano Spiritus ſancti magiſterio ſolum dependens, & poſt Incarnationem pro Magiſtra ipſam Incarnati Verbi Sapientiam adepta fuit. *Accedite ad eam, & illuminamini*; deprecemur Sanctiſſimam Virginem, vt noſtræ ignorantiæ diſſipet tenebras, illuminet nos in cognitione veri boni, & iuxta lumen cor noſtrum accendat in ſanctisſimum Virginis ſuique Filii amorem.

## *Octauum Priuilegium.*

# DOMINIUM.

### *Maria Virgo potentisſima in natura, in in gratia, in gloria.*

PRimò, in natura, nam, cùm ſit Mater Creatoris, dominium eius ſe extendit ſupra omnes creaturas: *Rerum omnium creatarum Domina effecta eſt, cùm Creatoris Mater extitit.* Et hoc dominio verè ac propriè potitur, veluti atteſtatur Sanct. Athanaſius: *Quia qui natus eſt ex Virgine Rex & Dominus eſt. Mater, quæ eum genuit, verè & propriè Regina & Domina eſt.* Ratio eſt, quia dignitas Filii redundat in Matrem, cum ſit eius effectus: ergò idem dominium Filii Regis ac Domini ſupra omnes creaturas, Matri quoq; commune erit: ſed quid mirum, quod dominium Virginis ſe extendat ad omnes creaturas, cùm etiam (ſi ita dicere libeat) ad ipſum Creatorem ſeſe extendat? *Sanctiſſimæ Virgini*, ita loquitur Sanct. Ber-

S. Dam. lib c. 15.

S. Athan.

nardus, *omnia famulantur, etiam Deus, qui* ...
*illis.*

*Tom. 3. ſerm. 3. de nomine Mariæ.*

Ex hoc dominio ſuboritur Potentia mi...
rum, *non per modum tranſeuntis*, vti fuit in aliis ...
ſed *per modum habitus & permanentis*; ſiquidem ...
ueniens erat, vt Mater Dei in eo, quod abſolute ...
ſemper eſſet efficax: *O fœlix Maria*, exclamat S. Ber-

*S. Bern.*

dus, *data eſt tibi poteſtas in cœlo, & in terra, vt* ...
*volueris, valeas efficere*, & in particulari poſt Aſcenſio-
nem Chriſti, quâ remanebat in terra tanquam Ma-
fidei, congruum erat, vt in illius confirmationem ...
ret miracula, & pro declaratione ſuæ Diuinæ Ma-
tatis haud ſolùm miraculorum operatrix eſt; ...
is etiam talem communicat poteſtatem, omnia ...
dem Sanctorum miracula virtute & interceſſione ...
Virginis patrantur, vndè à D. Damaſceno vocatur ...

*Damaſc. Orat. 1. de Natiuit.*

*culorum officina*, quia omnia miracula è Virginis ...
unt manibus, & Andreas Cretenſis appellat eam ...

*Andr. Cretenſ. orat. 2 de Aſſump.*

*um miraculorum*, quæ quomodocunque facta ...
fiunt, effectricem: at miraculorum miraculum ...
met erat: *Tota erat in ſeipſa miraculum*, ...
Mater & Virgo, creatura & Creatoris Mater, ...

*Damaſc. ſerm. 1. de Nat.*

mo deſcendens, ſed absque ullo peccato, etiam ...
Secundò, dominium Virginis extendit ſe q...

*Prov. 8.*

bona ſupernaturalia gratiæ, *mecum ſunt diuitiæ* ...
ſeipſa loquitur) *& iuſtitia*, propter eandem ...
prà allegatam de Maternitate Dei, Domini & ...
gratiæ: quare omnia bona ſpiritualia & ſupern...

*Ariſtot.*

per eam communicantur, & quemadmodum ...
Solis vniuntur in Luna, & per Lunam commu...
terræ; ita gratiæ Chriſti deſcendunt immediatè ...
ginem, & per Virginem diſtribuuntur Angelis ...
minibus, hinc fit, quod appelletur *Mater ſalutis* ...
parturit ad ſalutem, & ad vitam gratiæ: *Et nullus* ...

*S Germ. de cœna Domini,*

*ſalus fiat, niſi per te, O ſanctiſſima, nemo eſt, qui* ...
*à malis, niſi per te, O puriſſima, nemo eſt, cui donum* ...
*cedatur, niſi per te, O chariſſima:* E contra verò, ...
uinos tuos, Virgo ſanctiſſima, haud participa...
xus: impoſſibile eſt, vt habeant ſpem ſalutis; ...

*S. Anſelm.*

*uerſus ad te impoſſibile eſt, vt pereat, ita auerſus à te* ...
*poſſibile eſt, vt vivat.*

Tertiò denique, dominium & poteſtas Virginis manifeſtatur quoque in gloria, quia Filius eius *eſt Rex gloriæ, & in Hieruſalem poteſtas mea.* *Data eſt ei poteſtas in cœlo & in terra. & in manu eius vita & mors*, & ipſiper Sancti gloriam ſuam à glorioſiſſima Virgine deriuari agnoſcunt, & cum admiratione, infinitam eius prouenientes poteſtatem, dicunt: *O Domina benedicta quid eſt, quod non poteris? quod enim tu vis, hoc factum eſt.* Lætor, & congratulor tibi, ô potentiſſima Virgo, de admirabili tuo dominio in omnes creaturas, cape etiam, te precor, dominium animæ meæ, tibi eam conſecro & dono, *tota ſit tua, & nullo modo mea.*

Eccleſ. 24.

Reuelat. S. Brig. lib. 4. c. 74.

## *Nonum Priuilegium.*

# MEDIATRIX.

*Virgo ſanctiſſima Mediatrix eſt inter naturam humanam & Diuinam, inter Chriſtum & Eccleſiam, inter animam & Deum.*

PRimò, mediatrix fuit inter duas naturas in puriſſimo ſuo ventre in vnitatem perſonæ Verbi Diuini connexas & vnitas. Quot quantasq́; tibi, ô ſanctiſſima Mater, totum genus humanum referre tenetur gratias? nomine cuius te reuerenter adoro, vt primicæriam & cauſam ſalutis noſtræ. Tu fuiſti cœleſtis ille currus, qui inuexiſti in terram Verbum Diuinum, Angelorum tot millibus in obſequium tuum occurrentium ſtipatus; *Regium vehiculum, quo vectum Verbum in carne venit, currus Dei multiplex millium millia lætantium.* Solatu fuiſti Pons ille immenſus, è terra ad cœlum uſque pertingens, per quem Deus in terras deſcendit: *Hæc ſola Pons eſt, per quem Deus ad homines deſcendit*, Sacerdos iuxtà & altare fuiſti, quia cœleſtem nobis conſecraſti panem: *Sacerdos & altare detuliſti nobis cœleſtem Panem.*

Procluſ. Epi. de B. V. Epiph. ſerm de B. V.

Secundò, Virgo beata non tantùm nobis dedit Chri-
ſtum, verum etiam reconciliauit, & indies ac con-
reconciliat nos Chriſto, Mediatricis fungens offi-
S. Bern. ſuper ſignum mag. — ter Eccleſiam & Chriſtum: *Quia opus eſt mediatore ad mediatorem Chriſtum, qui licet miſericors, habet tamen iudiciariam poteſtatem, & ſicut Filius ſtat ante Patrem oſtendens latus & vulnera, Mater eſt ante filium oſtendens pectus & vbera, nulla ergò ibi poteſt eſſe repulſa, vbi tot amoris inſignia.*
S. Bernar. ſerm. de aquaduct. — Et hoc eſt totius noſtræ ſpei funda-
mentum: *Filioli, hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt: Aue igitur Dei & hominum mediatrix optima: Aue totius terrarum orbis conciliatrix efficaciſſima:*
Epiph. de laud. B. V. — Recurramus ad Virginem, tanquàm *ad gratiæ*
S. Bern. Episc. Nicom. orat. de Præsent. B. V. — *com, ſalutis mediatricem, ſæculorum reſtauratricem*,
precemur & rogemus eam tanquàm *Mundi ſalu-*
*cem, ſæculi reparatricem, & peccati interemptricem.*

Tertiò, non ſufficit pientiſſimæ Virgini, vt
dat pro reconciliatione Eccleſiæ in vniuerſali; verum
iam de ſalute cuiusvis animæ in particulari ſollicita,
efficaciter eis applicans merita ſui ſanctiſſimi fi-
que ordini Diuinæ Sapientiæ omninò conſentaneum,
vt Diuinæ gratiæ influxus deſcendat à Deo, velut
mo fonte, de Deo ad Chriſtum, de Chriſto ad Virginem,
de Virgine & per Virginem ad nos, & hæc celebris
Iſa. c. 11. — nitas, Deus, Chriſtus & Maria ſignificatur ab Iſaia
Bonau. in ſpec. c. 6. — phetâ *per virgam, florem & ſpiritum: per virgam ad florem, per florem ad ſpiritum in ipſo requieſcentem peruenitur; Sic per MARIAM ad Chriſtum aſcendimus, per Chriſtum gratiam Spiritus ſancti inuenimus,*
*quod benè Mariam alloquens D. Bernardus ait: per te acceſſum habemus ad filium; O Benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, Mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te nos redemit.* Beata illa anima, cuius ante menti-
los præter Chriſtum mediatorem apud Patrem
obuerſatur ſacratiſſima Virgo Maria mediatrix ad
Chriſtum; ſecura erit, reperietque *gratiam reconcilia-*
*tionis* in hac vita, *& æternæ benedictionis* in altera.

*Decimum Priuilegium.*

# MATER MISERICORDIÆ

*In vita, in morte, & poſt mortem pientiſſima.*

PRimò, miſericordia ita propria eſt B. Virgini, *ut qui miſericordiam petit ſinè ipſa duce, ſinè pennis tentat volare*; duabus enim partibus conſtat Regnum Dei, Potentiâ & Miſericordiâ: *duo hæc audiui, quod poteſtas Dei eſt, & tibi Domina miſericordia*; & quia placuit Deo diuidere Regnum ſuum, ſibi retinuit partem Potentiæ, & alterâ miſericordiæ ditauit Matrem.

S. Anton. de B. V. tit. 15. c. 22.
Pſal. 61.
Serto c. 4. ſuper Mag.

*Adeamus ad Thronum miſericordiæ, ad Thronum Mariæ, vbi expediuntur cuncta memorialia gratiæ*, & nunquam patiemur repulſam, quia eſt Mater miſericordiæ vniuerſalis, videlicet, non miſericors duntaxat erga innocentes, verùm etiam erga peſſimos peccatores: vndè quædam Sancta vidit aliquando B. Virginem, ſub pallio ſuo diuerſa cooperientem animalia, quæ ſignificabant omnis generis peccatores, quos Virgo tota miſericors *ſuo pallio protegebat, maternâ pietate defendebat, & ſingulos contrectando amicabiliter blandiebatur, quemadmodum qui catulo ſuo blandiri ſolet, donec eos Filio ſuo reconciliet*; & eadem beatiſſima Virgo cuidam alteri Sanctæ viteriùs reuelauit dicens: *Nullus eſt adeò maledictus, qui quamdiù viuit, careat miſericordiâ meâ.* Ea propter Pater æternus loquendo B. Catharinæ de Beatiſſima Virgine dixit: *Poſita eſt tanquam eſca dulciſſima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum.*

S. Bern.
S. Methild. lib. 4 cap. 9 reuelat.
S. Brig. lib. reuel. c. [illegible]
S. Cath. apud Bleſium.

Secundò, exhibet viſcera miſericordiæ ſpeciatim tempore mortis noſtræ ſummè neceſſariò; quamobrē quando S. Eccleſia eam cōpellat inuocatq; dicens: *Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ*, ſubiungit: *Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe*, quaſi vellet dicere, Tu, O Virgo ſanctiſſima, quæ es Mater gratiæ, ac proinde gloriæ, quia *gratia eſt ſemen gloriæ*, defende, protege nos ab inimico noſtro, & poſt vitam gratiæ ipſâ horâ mortis noſtræ nobis etiam impetra vitã gloriæ.

Tertiò, ſuccurrit quoq; nobis poſt mortē in purgatorio diebus præſertim illis, qui alicui memoriæ Virginis Mariæ, aut Filii ipſius dedicati ſunt, vti aſſerunt ſacri Doctores, ac colligitur ex variis multisque exemplis Virginem Deiparam innumerâbili Angelorum caterua ſtipatam deſcendiſſe ad purgatorium, plures animas ex eodem ereptas conduxiſſe ſecum ad Sanctam

ſtam

ctam cœleſtis paradiſi libertatem, imò in die ſolemnitatis ſacratiſſimæ Aſſumptionis eius, vt refert Gerſon, *Purgatorium fuiſſe euacuatum*, & ſi in coronatione vnius Regis carceres aperiuntur, quantò magis in coronatione Deiparæ. Præterea eo tempore, quo morantur in Purgatorio, per merita & interceſſionem Virginis *pœna Purgatorij remiſſior & leuior*, veluti ipſamet illa reuelauit S. Brigittæ.

*Serm. de Aſſumpt.*

*S. Brigitt. reuel.*

Exoremus igitur B. Virginem, quæ eſt *Mater miſericordiæ, illos ſuos miſericordes oculos ad nos conuertat, & Ieſum benedictum fructum ventris ſui nobis poſt hoc exilium oſtendat*, ſiquidem abyſſus noſtræ miſeriæ habere nequit elapſum, niſi in abyſſum miſericordiæ Mariæ quæ eſt *Mater gratiæ, Mater miſericordiæ.*

## *Vndecimum Priuilegium.*

## CRUX.

### *Fuit Crux, quam ſuſtinuit B. Virgo ſummo dolore, ſummâ fortitudine, & cum noſtro ſummo fructu.*

PRimò, fuit ſummus dolor, nam, vt benè notat Bernardus, *in eadem menſura* incipit Paſſio & ... Paſſionis: ergò ſi fructus Paſſionis, qui eſt ... gratiæ & gloriæ, amplior communicatus fuit B. Virgini, quàm reliquis ſimul creaturis, neceſſe quoque ... ſentiret Paſſionis dolorem plùs, quàm reliquæ ... ergo ſi Virgo Chriſtum immenſum dilexit amore ... quoque in Paſſione eius compaſſione tacta fuit ... lore: *Plùs omnibus doluit, quia plùs omnibus dilexit.* ... B. Virgo reuelauit S. Brigittæ, dolor Chriſti erat ... Virginis, quia cor Chriſti per affectum erat cor ... nis: *Audacter dico, dolor eius dolor meus, quia cor ... meum, & cùm flagellabatur & pungebatur, ... quaſi cor meum, flagellabatur & pungebatur.* ... ritò Laurentius Iuſtinianus cor Virginis appellat ... *ſimum Paſſionis Chriſti ſpeculum*, quia iuxta ...

*S. Bern. ſuper ſignum magnum.*

*Sophron. ſerm de Aſſumpt.*

*S. Brigitt. in reuelat.*

*Laurent. Iuſt.*

charisſimo ſuo Filio crucifixo in ſeipſa repræſentabat totam ipſius acerbiſſimę Paſſionis effigiē, & plagæ Corporis Chriſti erant plagæ animæ Virginis: *Vulnera Chriſti morientis erant vulnera Matris dolentis.*

*S. Bern. de Lamentatione B. V.*

Et hic Virginis dolor initium ſumpſit ab inſtanti Conceptionis eius, vt enim affirmat S. Bernardinus, anima illa ſanctiſſima ſubitò creata obtulit ſeſe morti pro Chriſto, & cum Chriſto Patri æterno ad gloriam Dei, totiusque Mundi ſalutem, & quemadmodum vehementia amoris & doloris *Crucifixa Crucifixum dilexit*; ita quoque in Incarnatione Filii *Crucifixa Crucifixum concepit*; & ſi amantium proprium eſt, *velle pro ſe inuicem mori*, haud dubium eſt, quin Virgo *infinities, ſi fieri potuiſſet, ſe morti pro filio tradidiſſet.*

*S. Bernardin.*

*S. Bern. tom. 3. ſer. 6. a. 2. c. 1.*

*S. Auguſt.*

Crux doloris ab inſtanti Conceptionis incepit, & per totam vitam ad mortem vſque durauit: *Tu quoque longum*, ait Rupertus loquendo de B. Virgine, *in cogitationibus tuis præſcia futuræ Paſſionis filii tui pertuliſti martyrium*; continuò namque memoriæ ipſius obuerſabantur omnia & ſingula tormenta Paſſionis filii ſui, vnde in corde ſuo paſſa fuit martyrium nunquam interruptum, veluti S. Brigittæ reuelauit: *Sic Paſſio filii mei in corde meo fixa erat, quod ſiuè comedebam, ſiuè laborabam, quaſi recens erat in memoria mea*, quocunque occupabatur opere aut negotio, nunquàm mentem eius effugere poterat ſanctiſſima Paſſio Chriſti.

*Rup in Cant. cap. 4.*

*Vom. 1. reuel c. 77.*

Secundò, ſi ſummus fuit dolor Virginis, tanta quoque fuit animi fortitudo, quâ ipſum ſuſtinuit: *Stabat iuxta crucem in fide eleuata* propter certitudinem futuræ Reſurrectionis filii ſui, *peccato non inclinata* ab omni motu impatientiæ, & multò magis ab inordinatæ affectionis motu libera; etenim tametſi ſubiecta fuerit doloris ſpaſmi, non tamen illis imperfectionibus, quæ ſecum ſimilium dolorum attrahunt acerbitatem, cùm fuerit *Diuina voluntati confirmata*, ita, ut *ipſa, ſi Deus juſſiſſet, crucifixiſſet*, propriiſque manibus Chriſtum internecioni dediſſet, modò Diuina voluntas, cui prorſus ſe conformabat, exercitioni mandaretur. Et ad imitationem filii ſummum cum ſummo dolore coniunctum habebat gaudium; ſiquidem quantùm accreſcebat dolor

*S. Anton. 4 p. tit. 15. c. 41. §. 1.*

*Albert.*

in mor-

in monte filii, tantùm augebatur gaudium in [...]tione Diuinæ voluntatis voluntatis, & ſicut Se[...] reuelauit S. Methidi: *Sola Virgo cum Diuina* [...] *immobilis, & gaudens filium ſuum pro Mundi ſalu*[...] *immolari.* Complacebat ſibi plenitudine vo[...] videns filium ſuum ſacrificatum, quia ita volebat [...] æternus.

*S. Methild. lib. 1. reuel. c. 36. Carthuſ.*

Tertiò, ſalutaris fuit dolor Virginis nobisque [...]mus, *quia compaſſione in filii ſui Paſſione meruit,* [...]*nuit nobis fructum Paſsionis,* quam ob cauſam m[...] *debet laudari & amari, quòd placuit, eò quod Virgo* [...] *ſuus pro ſalute generis humani offerretur.* Et ſan[...]ctum admiratione dignum eſt, videre Matrem [...]nem pro redemptione humani generis cum gau[...] ferentem pretium inæſtimabile ſui Diuini filii.

*S. Bon. in 1. d. 49. a. 2. q. 2.*

Ore ſanctisſimam Virginem, *Reginam martyrum* [...] *pter matyrium* cordis, quod in hac vita perpeſſa [...] tibi ſuppeditet fortitudinem, quâ ad imitationem [...] dolores tuos ſufferas *immobilis & gaudens in Di*[...] *voluntate.*

## *Duodecimum Priuilegium.*

# GLORIA.

*Exaltata fuit ſancta Dei Genitrix ſuper* [...] *Sanctos ad dexteram Chriſti, ad thronum* [...] *ſanctiſſimæ Trinitatis.*

PRimò, quantùm in terris ſuperauit Sanctos [...]riâ, tantundem in cœlis excesſit eos in gloria [...] *tum gratia in terris adepta eſt præ ceteris, tantum* [...] *nuit in cœlis gloriæ* ſingularis. Superat omnes [...]ſione, quilibet enim videt in Deo aliquas creatur[...] ſtatum ſuum ſpectantes; at B. Virgo, veluti om[...] Mater vniuerſalis *videt omnia exiſtentia, præteri*[...]*ſentia & futura* ad ſtatum ſuum pertinentia [...] portionatum habuit exceſſum in dotibus corpor[...]

*S. Bern. ſerm de Aſſumpt.*

*Suarez. diſp. 30. Sect. 3.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te claritatis clariſſima eſt in cœlo, quia dono Sanctitatis S. Bon in
clariſſima fuit in Mundo: dote ſubtilitatis ſubtiliſſima eſt ſpec.
in cœlo, quia dono humilitatis ſubtiliſſima fuit in Mun-
do: dote velocitatis velociſſima eſt in Cœlo, quia dono pie-
tatis velociſſima fuit in mundo, abiens in montana cum
feſtinatione: & dote impaſſibilitatis impaſſibiliſſima
eſt in cœlo, quia dono patientiæ & æquanimitatis impaſ-
ſibiliſſima fuit in mundo. Superauit in Aureolis Vir- S. Bern.
gines, quia obtinuit virginitatem non per præceptionem, Sig. mag.
ſed per carnis dominium perfectiſſimum. Superauit Au-
reolam Doctorum, quæ vt magiſtra fidei cunctas hæreſes
ſola interemit in vniuerſo mundo. Superauit Aureolam
Martyrium, quia pro Chriſto ſuſtinuit dolores mortis, à
qua fuit præſeruata, & ſicut præſeruatio non abſtulit me- S. Anſelm.
ritum, ita nec præmium. Huic annectenda eſt quarta vel- de excellen.
uti Aureola, nimirùm, Aureola Maternitatis Dei; relu- B.V. c. 5.
cet quippe in illa ſanctiſſima carne admirabilis ſplendor
in ſignum maternæ & Regiæ dignitatis, vt notat Pater Suarez.
Suarez. diſp. 21.

Secundò, tanquam cœli terræq; Regina collocata fuit
ad dexteram Chriſti: Aſtitit Regina, id eſt, Maria à dex- Pſal. 44.
tris ſuis, aſſiſtēte à ſiniſtris eius tota ciuium cœleſtium
Curia, vti docet Seraphicus Bonauentura: Poſuit Chri- S. Bonav.
ſtus in capite eius diadema Regni, diadema certè tàm im- ſpecul. cap.
preciabile, diadema delectabile, diadema tā mirabile, quod 6.
omni linguâ inenarrabile, omni ingenio inſcrutabile eſt,
& illius pretiū & valorē exprimere & explanare ſufficiat.

Tertiò, admiſſa fuit ad Thronum ſanctiſſimæ Triadis
tanquam Mater Filii, tanquam Filia Patris, & tanquam
Sponſa Spiritus ſancti, ac declarata Regina omnium
creaturarum, vniverſalis viuentium Mater, Theſau-
raria ſeu cuſtos cœleſtis ærarii & ineſtimabilis theſauri
gratiæ & gloriæ, nec non diſpenſatrix donorū & gratia-
rum Diuinarum: vndè Accepit ab æterno Patre fontalem
fœcunditatem ad generandos omnes electos in gra- S. Bern.
tia & gloria, & etiam ipſos Angelos in aliquo gu- tom. 3.
ſtu & experientia Diuinorum, & cum hac præſentia ſerm. 11. ar.
ſanctiſſimæ Matris in diuino conſiſtorio Diuina Sapien- 2. c. 1.
tia valde promouet ſalutis noſtræ negotium, unà pro
nobis intercedentibus Sanguine Filii, Matris preci-
bus, infinito pretio Sanguinis, quem Chriſtus pro
nobis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nobis ſparſit, & ſtupenda efficacia orationum Virgo Maria pro nobis fundit ad Deum. Unde res ſacri B. Virginem vocant *ſua oratione omnipo*[illegible] nempe, admirabili ac extraordinaria virtute p[illegible] ad impetrandum id, quod in orationibus ſuis in[illegible] beneficium & favorem ipſa poſtulat. O pretioſ[illegible] Sanguinem! O interceſſionem efficaciſſimam[illegible] ſperamus ſalutem; ſed precibus Virginis Mariæ venientibus, neque à ſe invicem disjungi poſſ[illegible] guis Chriſti & gratia Virginis Matris. Dicam[illegible] corde, ac frequenter recitemus ore orationem quam Angelus docuit S. Brigittam: *Qui nos*[illegible] *pretio ſui Sanguinis, defendat nos precibus ſuæ Ma*[illegible] *ginis. Ad ſocietatem civium ſupernorum perducat*[illegible] *gina Angelorum. Amen.*

*lib. 6. revelat.*

Et hæc dicta ſufficiant de gloria Virginis c[illegible] privilegiis. Fructus ex iisdem colligendus [illegible] quod ſuppoſita eminentia ſtatus Virginis, [illegible] dine beneficiorum, quæ continuò nobis exhib[illegible] veram quandam ac totalem ſervitutem proſi[illegible] que tanquam vera mancipia ſancto ejusdem [illegible] obſequio offerre & conſecrare debeamus. M[illegible] tria debet ſuo Patrono: amorem, obedientiam [illegible] tatem, quia *quidquid eſt, Domini eſt, quidqu*[illegible] *Dominus habet, & quidquid acquirit, Domin*[illegible] tenemur eam amare ex toto corde tanquam [illegible] Patronam, à qua ſperamus libertatem gloriæ, [illegible] eidem obedire tanquàm noſtræ Dominæ a[illegible] etiam voluntatis illius nutum, eſſeque ei fide[illegible] noſtræ Reginæ, quærentes ſemper ejus gloria[illegible] in praxi, veluti ſupra dictum eſt, totum id, q[illegible] cogitabis, loqueris, ipſi conſecratum erit. [illegible] ſit principium, medium & finis tuus, totum [illegible] cum *Mariâ*, & per *Mariam*, & hoc idem obſequ[illegible] tinebis in cœlo, cantando & magnificando ſan[illegible] nomen per omnia ſæcula ſæculorum.

Verùm, ut hæc recognitio, qua Matrem Dei, [illegible] Reginam noſtram, profitemur & veneramur, [illegible] cedat cum fructu, ſubiiciam modum eandem [illegible] & eſt ille, qui ſequitur,

## *Obſequium tributi inſtar Matri Dei perſoluendum.*

QUia, ut ſuprà diximus, ſanctiſſima Virgo eſt verà Regina & Domina noſtra, noſque veri eius famuli & mancipia; de iure & per omnem rationem nobis competit & incumbit, vt ei quotidiè humilis tributi exhibeamus ſpecimen & ſignum aliquod, quo hanc noſtram obligationem atteſtemur & recognoſcamus, imitantes in eo SS. Angelos, qui quamprimùm in Verbo per viſionem beatam cognouerunt, quod *ſicut Christus eſt* Suarez de *Angelorum caput, ita Beata Virgo eorum Regina*, ac proinde agnouère iidem Angeli, quod in ſuo gradu erant *Angelis.* *lib. 6. c. 5.* eius ſerui & mancipia; hac perceptâ notitiâ ſubitò ſeſe *num. 1.* dederunt illius cultui, non quotidiè duntaxat; ſed omni momento, & ſemper, viuis reuerentibusque affectibus eam adorabant, amabant & glorificabant, tanquàm veram ſuam Reginam, Dominam ac præcelſam Dei Matrem, omni eius nutui & iuſſui promptè, vt veri ſerui, parentes, rogantes inſuper & obſecrantes Diuinam Maieſtatem, vt quantocyùs in vniuerſale totius Mundi beneficium in hanc mortalem prodieret lucem, ac in terris compareret auroræ inſtar prænunciantis magnum Solem iuſtitiæ, quem vt reparatrix & reſtauratrix damni per peccatum protoparentum illati conceptura erat ac paritura. Noſtros igitur affectus Angelorum iungentes affectibus, offeramus quotidiè B. Virgini tributum aliquod, petentes ſimul aliquam gratiam: quia, vt optimè notat S. Bernardinus, ab eo tempore, quo ſanctiſſima Virgo concepit Filium Dei in vtero ſuo, aliqua ei *D. Bernadin. tom. 1.* quaſi iuriſdictio & authoritas in omnes temporales Spi- *ſerm. 52.* ritus ſancti gratias communicata fuit, adeò, vt, nulla creatura ullam à Deo recipiat gratiam, quæ non tranſeat per manus eius: Verba D. Bernardini ſunt iſta: *Beata Virgo à tempore, quo concepit Deum in vtero ſuo, quandam iuriſdictionem, vt ita dicam, ſeu authoritatem habuit in omnes temporales gratias Spiritus ſancti; ita quod nulla creatura aliquam à Deo recepit gratiam virtutis,*

*niſi ſecundùm diſpoſitionem ipſius Virginis Mar*
verò Diuinæ Prouidentiæ ordo hic eſt, vt quo
dùm idem ſanctus Doctor affirmat , cunctæ gr
nos deſcendentes habeant tres proceſſus & prog
primus eſt à Deo ad Chriſtum, ſecundus eſt à C
ad B. Virginem, tertius à B. Virgine ad nos vſque
in corpore humano omnes ſpiritus vitales hab
motus: primus eſt à corde ad caput, ſecundus a
collum, tertius à collo ad membra, & Chriſtu
dùm Diuinitatem eſt veluti cor in corpore my
M. Eccleſiæ, Chriſtus in quantum homo Cap
ſanctiſſima eius Mater collum.

## Varia tributa B. Virgini ſoluenda ſingulis diebus per hebdomadam.

### *Pro die Dominicâ.*

OFferam præcelſæ Reginæ cor meum tot
rum, & tot tantiſque defectuum pecca
maculis ſordidum vnà cum puriſſimis & imm
Ieſu & Mariæ cordibus, exorans ſanctiſſimam
& Reginam Virginum, vt veram mihi impetre
ris mentiſque puritatem.

### *Pro die Lunæ.*

Offeram hoc idem cor meum totum im
tum, tot tantiſque paſſionibus effrenatis, vi
litati prorſus ſubiectum, vnà cum cordibus m
cunctorum ſanctiſſimorum martyrum, & cu
corde pariter mortificato, ſanctiſſimam obſe
ginem, Martyrum vtpotè Reginam, vt mihi ve
tificationis & in carne, & in ſpiritu impe
tum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Pro die Martis.*

Offeram cor meum totùm vanitatibus oppletum & ſuperbum vnà cum cordibus ſanctorum Confeſſorum in ſe ipſis humiliatorum & annihilatorum in ſocietate humillimi Chriſti, deprecans ſanctiſſimam Matrem, vti Confeſſorum Reginam, quatenùs veram mihi humilitatem ex mei ipſius annihilationem impetrare dignetur

## *Pro die Mercurii.*

Offeram rurſus cor meum obſcuratum & tenebratum vnà cum cordibus ſanctiſſimorum Patriarcharum viuâ planè fide illuminatis, & cum Chriſti corde infuſâ pariter & beatâ ſcientiâ illuminatiſſimo, ac precabor ſanctiſſimam Virginem, vt impetret mihi viuam ac perfectam fidem.

## *Pro die Iouis.*

Excellentiſſimæ pariter Reginæ offeram cor meum totum deſideriis & ſpei rerum mundanarum addictum & immerſum vnà cum ſanctorum Prophetarum cordibus terràſpe bonorum cœleſtium eleuatis, & cum corde Chriſti Domini Noſtri erectiſſimo ad gloriam animæ cum ſecura ſpe ad gloriam corporis, & precabor ſanctiſſimam Virginem, vt impetret mihi veram ſpem bonorum cœleſtium & æternorùm.

## *Pro die Veneris.*

Offeram ſimiliter cor meum totum amore & cupiditate terrenâ repletum vnà cum SS. Apoſtolorum cordibus Diuino amore proſùs inflammatis, & cum Chriſti corde Diuinâ Charitate in ſummo gradu ardente, & precabor eandem Virginem Deiparam veluti Angelorum Reginam, vt à ſuo Filio ſanctiſſimo, ſanctoque Spiritu impetret mihi perfectam & ardentem Dei proximique charitatem,

## *Pro die Sabbathi.*

Offeram cor meum totum occupatum, & in ter-
rena obiecta diſtractum vnà cum SS. Angelorum
dibus planè vnitis, recollectis, Diuiniſque con-
tionibus deditis etiam in maximis occupationib-
externis, miniſtrando quippè aſſiſtunt, & aſſiſten-
niſtrant, ſimul cum Chriſti corde perfectè exerc-
tam actiuam & contemplatiuam, cùm in omni-
bus ſimul quæſierit gloriam Dei, & hominis vt-
At precabor eandem Virginem ſanctisſimam, A-
rum Reginam, vt impetret mihi cor verè Chriſti
quo in cunctis meis actionibus manum proxim-
Deo pariter offeram.

Hæ ſunt oblationes meæ & tributa, O ſancti-
Virgo, totius Vniuerſi Regina, & hæ ſunt gra-
quas à Maieſtate tua ſupplex poſtulo, accipe
meum, Domina mea, laua, munda, ſanctifica
guine filij tui pretioſisſimo, tu theſauri huius d-
es, hoc cor meum eodem ditare digneris, vt in S-
ſanctificatum abeat totum Deificatum.

Recordare, ſanctisſima Virgo, quod ſimm-
tuum, idemque hoc nomen importet, quod p-
*mini, inſtrumentum Domini, manumiſſio D-*
igitur ſum poſſesſio tua, poſſide me, voca me,
ad te, ſum inſtrumentum tuum, cunctæ meæ a-
opera cedant in gloriam tuam, tuique filij; ſi
numisſio tua, à te ſola poſt Deum veram ſpero
tem filiorum Dei in ſtatu gloriæ; *ſuſcipe denique*
*go ſanctiſſima, in ſeruum tuum & perpetuum ma-*
*tuum, & quidquid ſum, poſſum, & ago, tib-*
*Mater ſanctiſſima, in tempore & æter-*
*nitate, Amen.*

# SVMMA PRIVI-legiorum Beatisſimæ MARIÆ Virginis.

VLtra priuilegia ſupra explicata, haùd credo ingratum fore deuoto Virginis clienti, ſi pro maiori materiæ huius complemento præfata priuilegia in ampliorem diſtribuero numerum, quod tamen breuiter iuxta modum ſequentem præſtabo.

## *Primum Priuilegium.*

## PRÆDESTINATIO MARIÆ.

I. *Prædeſtinata creaturarum primogenita.*
II. *In eodem ſigno cum Chriſto eſto cum ſubordinatione ſui ad ipſum.*
III. *Prædeſtinata ad ſimilitudinem Patris.*
IV. *Ad Maternitatem Filij.*
V. *Ad communicationem Spiritus ſancti.*
VI. *Prædeſtinata Reginæ.*
VII. *Finis proximus & ſubordinatus Vniuerſi.*
VIII. *Cauſa.*
IX. *Motiuum.*
X. *Signum noſtræ prædeſtinationis.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Declaratio.

## I.

## *Prædeſtinata primogenita crea-turarum.*

*S. Bernard. Tom 2. ſer. 51. art 3. c. 4*
*Eccleſ. in officio B. V.*
*Eccleſ. c. 24*
*S. Bernardin Tom. 1. ſerm. 61. c. 9. fol. 516.*

ID affirmat & atteſtatur S. Bernardinus dicens: *ante omnes creaturas in mente Dei prædeſtinata.* Quod affirmat S. M. Eccleſia: *Elegit eam & præ-elegit eam, præeligit, id eſt, antè omnes creaturas elegit.* fundamentũ habet in Diuino Oraculo: *Ego ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnes creaturas:* Ego (ipſa loquitur Virgo) in æterna mente Dei concepta fui ante omnes creaturas, & Ratio, ſecundum eundem ſanctum Doctorem, eſt, quia inter puras creaturas Virgo eſt prima in propria excellentia: *Eſt enim ſummum purum creatum, id eſt, ſummum bonum poſt Chriſtum:* ergo etiam prima erit in propria prædeſtinatione, ergo eſt priuilegium B. Virgini debitum, primogenita filia poſt Chriſtum in prædeſtinatione Dei.

## II.

## *In eodem ſigno cum Chriſto eſto cum ſubordinatione ſui ad ipſum.*

*Cater. de Concept. B. V. lib. 1. fol. 17.*

Idque aſſeruit Ambroſius Caterinus ſingularis aſſertor prærogatiuarum & priuilegiorum ſanctiſſimæ Virginis: *Eſt ab æterno prædeſtinatus Ieſus, et cum eo Maria;* tùm quia fuit prædeſtinatus, non tanquam homo duntaxat; ſed tanquam *Filius hominis*, nempe, *Filius Virginis*; tùm quia noſtræ redemptionis executor fuit cum *Matre*, & fuit vnita cum Matre, tanquàm cauſa principalis cum inſtrumentali; ergò conueniens fuit, vt etiam vnirent in eadem prædeſtinatione.

III.

*Prædeſtinata ad ſimilitudinem Patris.*

*Et hæc eſt dignitas ſereniſſimæ Virginis quaſi immenſa,* inquit Carthuſianus, quod eundem cum Patre habeat Filium naturalem; enimuerò quemadmodum ab æterno Pater æternus *Genuit Verbum increatum vt Creatorem;* ita B. Virgo in tempore *concepit Verbum Incarnatum vt Saluatorem.* Præterea ſimilitudo Matris temporalis cum Patre æterno conſiſtit in hoc, quod ſicut Pater per propriam cognitionem in ſuo fœcundiſſimo ac puriſſimo corde generauit Verbum; ita Mater Dei cognoſcendo proprium nihilum vti ipſamet atteſtatur dicens: *quia reſpexit humilitatem, id eſt, nihilitatem meam,* in vtero ſuo fœcundiſſimo ac puriſſimo concipit Chriſtū. *Carthuſ. 1. art. 20. & 21.*

IV.

*Ad Maternitatem Filii.*

*Maria prædeſtinata fuit, vt Deum ipſum hominem procrearet,* vt eſſet Mater Dei, qui fieret homo in virginali ſuo vtero, *vt qui eſt conſubſtantialis & Matri*, ait S. Leo Papa, nimirùm, vt is, qui eiuſdem erat Naturæ cum Patre, eſſet eiuſdem naturæ humanæ cum Matre. *S. Bernardin. Tom. 2 ſerm. 51. a. 3. c. 4.* *S. Leo epiſt. 13. ad Pulcher.*

V.

*Ad communicationem Spiritus ſancti.*

Tres enim ſunt communicationes trium Diuinarum Perſonarum: prima eſt Patris æterni ad Filium per viam generationis: ſecunda Patris & Filii ſimul ad Spiritū ſanctum per viam ſpirationis: tertia Spiritus ſancti *ad extra* ad humanitatem Chriſti, & ad ſanctiſſimam Matrem per viam infinitæ quaſi cōmunications gratiarū; vndè Chri-

*Ex Caiet.*

ſtus & B Virgo tanquam Caput & Collum i… in membra Sanctæ Eccleſiæ, in eis proferentes … quas è corde hauſêre Spiritus ſancti.

## VI.

### *Prædeſtinata Regina.*

*S.Tho ſuper Salut. Angel. S.Bern. Tom 1. ſer. 52. art. 3. c. 2.*

*Quia Mater Domini Domina* & Mater Reg… terræque prædeſtinata eſt, ipſa etiam ad idem … eſt Dominium, & vt notat S Bernardinus, mai… eſt, quod ſit electa Mater Dei, quàm totius Vniu… gina; *quia hoc dependet ab illo tanquàm ramus …* *propterea potiùs dicimus: Mater Dei, quàm Domina … di vel vniuerſi.* Quod enim Maria Virgo ſit … Regina huius Mundi, ſupponit aliud, quod primo … electa & conſecrata in Matrem Dei.

## VII.

### *Finis proximus & ſubordinatus Vniuerſi.*

*S.Bern. ſerm. 2. de pent.*

Etenim, vt benè aſſerit S. Bernardus, *Ob hanc … per hanc totus mundus factus eſt*, propter Ma… propter gloriam Mariæ poſt Christum Deus … mnia, quia, vt ſuprà dictum fuit, B. Virgo *eſt ſum… bonum poſt Chriſtum, igitur per ſe appetenda, … propter ipſam.*

## VIII.

### *Cauſa.*

Meritoria *de congruo* prædeſtinatorum. Va… ctisſima Virgo ab Eccleſia dicitur *Mater electoru…* prædeſtinatorum, quemadmodum Christus … *Pater electorum de condigno.* Præterea eſt cauſa … ſtinatorum, quia ſicut de Chriſto probant Th… Pater æternus eos prædeſtinauerit, quos à Chriſt…

[..]uidè proponendos, quando dixit ei: *Poſtula à me, & dabo tibi gentem, &c.* Hoc idem cum proportione ſua dici poteſt de B. Virgine, videlicet, eam concurriſſe ad prædeſtinationem electorum, offerendo Filium, applicando propria merita, & pro iis intercendo & orando. *Pſal. 2.*

## IX.

## *Motiuum.*

*Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit.* *Iſai. 43.* Creaui, inquit Deus, magnum hunc populum electum prædeſtinatorum ad finem laudis & gloriæ meæ, & non ſolum gloriæ meæ, in quantum Deus ſum; verùm etiam in quantum homo ſum & filius hominis, nempe, Virginis; ergo ad gloriam Chriſti, pariter & Virginis.

## X.

## *Signum noſtræ prædeſtinationis.*

Quia cauſa eſt ſignum à priori effectus: ergò cum Virgo ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis, ſignum quoque erit, ac proindè deuotus Virginis cliens & famulus, qui eam vt cauſam prædeſtinationis ſuæ ſuſcipit, vt ſignum quoque eandem ſuſcipiet. Quapropter æquo iure Germanus Patriarcha deuotionem erga B. Virginem comparat reſpirationi corporis, quæ ſimul eſt cauſa & ſignum vitæ corporalis, ita deuotio erga B. Virginem eſt cauſa & ſignum ſpiritualis vitæ. Et hic eſt ſenſus illorũ verborum Spiritus ſancti: *Qui me inuenerit, inueniet vitam,* qui me inuenerit, ait ſanctiſſima Mater, per verum affectum deuotionis, inueniet etiam vitam gratiæ & gloriæ, ſum enim cauſa & ſignum iſtius vitæ. *Germ. Patriarch. ſerm. de Deipara.* *Prou. 5.*

Hoc idem confirmat S. Bonauentura, cum ait: *Qui profert pretium pro liberandis, debet conferre beneficium libertatis.* eadem Virgo, quæ profert ſanguinem Chriſti, noſtræ ſalutis pretium, curare debet, vt talis redemptionis ſequatur effectus, idque mediâ deuotione, quam quis *D. Bona. in ſpecul. c. 6.*

habet erga eam: ergò deuotiò erga B. Virginem ſi-
gnum prædeſtinationis noſtræ.

## *Secundum Priuilegium.*

# Maternitas Dei.

- I. *Maria vera Mater Dei.*
- II. *Mater naturalis.*
- III. *Mater digna.*
- IV. *Virgo & Mater.*
- V. *Cauſa inſtrumentaria vnionis perſonalis.*
- VI. *Maria non Deipara ſolùm, ſed Deifica non in ſe, ſed in Chriſto.*
- VII. *Non ſolùm Deifica in Chriſto, ſed ab ipſo honorata pio ſuperioritatis*
- VIII. *Maria affinis & Conſanguinea Dei.*
- IX. *Comparentalis Deo Patri.*
- X. *Hoſpitium ſanctiſſimæ Trinitatis.*

# Declaratio.

## I.

### *Maria vera Mater Dei.*

*Conc. Eph. Can. 1. Tom. 1. Conc. 17. 3. p. q. 35. art. 4.*

EST veritas Fidei definita in Concilio Epheſino, Maria Virgo verè ac propriè cenſenda ſit Theotocos, nimirùm, *Deipara, Dei genitrix, Mater Dei.*

Et Ratio, ſecundùm Doctorem Angelicum, eſt, concepit & peperit hominem Chriſtum, qui eſt Deus per hypoſtaticam Verbi vnionem.

## II.

### *Mater naturalis*

Quia conceptio Chriſti eſt naturalis, quantùm ad ſubſtantiam, cùm pro materia habuerit naturalem Virginis ſanguinem; ſed eſt miraculoſa quò ad modum, quia virtute Spiritus ſancti contigit: quemadmodùm (& eſt exemplum S. Thomæ) potentia viſiua miraculosè reſtituta cœco naturalis eſt, quò ad ſubſtantiam; ſupernaturalis verò quo ad modum. *3 p. q. 33. a. 4.*

Ex hac connaturalitate colligit S. Bernardinus, ſanctiſſimam Virginem neceſſariò eleuandum fuiſſe *ad æqualitatem quandam Diuinam per quandam quaſi infinitatem perfectionum & gratiarum*, & hoc apportat exemplum ſicuti ferrum, vt fiat cauſa naturalis alterius ignis, neceſſe eſt, & ipſum fiat ignis ſeu ignitum, ita beatiſſima Virgo neceſſariò fieri debuit, quaſi Diuina, vt eſſet cauſa naturalis Filii Diuini, Filii Dei. *S. Bern. Tom. 1. Conc. 61. a. 1. cap. 12.*

## III.

### *Mater digna.*

Priuilegium eſt ac titulus, quē ei attribuit S. Eccleſia: *Tu ſola fuiſti digna portare Regem cœlorum & Dominum*, de quo titulo veluti compendio Sanct. Ambroſius comprehendit cæteras omnes Virginis gratias: *Quid enim in ſingulis moror, digna fuit*, & hoc ſufficit, nec aliud dicendum occurrit, *ex qua filius Dei naſceretur*. Et ſecundùm Sanct. Bonauenturam id intelligitur *de dignitate congruitatis, non condignitatis*, quia diſpoſitio gratiæ, cum ſit inferioris ordinis, condigna eſſe nequit & æqualis dignitati Maternitatis ſpectantis ad ordinem ſuperiorem vnionis hypoſtaticæ. *Eccleſ. in offic. de Concept. & Natiuit. S. Ambroſ. lib. 2. de de off. S. Bonauent.*

## IV:

## *Virgo & Mater.*

*Origen. Hom. 1. ex 10. tom. 3.*

Quia Filius eius *Deus eſt, & Homo*: nec poterat uti argumentantur ſacri Doctores, talis Filius, ... *Deus & Homo* aliam habere Matrem, quàm illam ... *Mater & Virgo eſt*; nec talis Mater alium poterat ... filium niſi eum, qui Deus Homo erat: Vndè ... Origenes, *O digna digni, immaculata ſancti, ... unica unici*, dignisſima Mater dignisſimi Filii, ... immaculata Filii ſanctisſimi, & ſicut eſt vnus & ... Filius absque alio ſimili, ita eſt vna & vnica Mater ... que pari.

## V.

## *Cauſa inſtrumentalis unionis hypoſtatic... ſeu perſonalis.*

*Eſych tom. 7 BB. PP. Homel. 2. de B. V. Suarez. tom. 1 diſp. 10. ſect. 1. Conc. Tolet.*

Etenim, quamuis hoc priuilegium non foret ... rium B. Virgini, ad hoc, vt eſſet vera Mater Chriſti, ... ominùs attribuitur ei *ad maiorem excellentiam* ... dùm Eſychium, vndè Virginem ſanctisſimam ... *Inſtrumentum Incarnationis*, quia non concurrit ... xat tanquàm inſtrumentum Spiritus ſancti ad form... nem corporis Chriſti, verum etiam ad produc... vnionis perſonalis, neque contra hoc facit Conc... Toletanum aſſerendo: *Vnio hypoſtatica ſoli Deo* ... *da eſt*; id enim ſolùm intelligendum eſt, vnion... ſtaticam tribuendam eſſe ſoli Deo, tanquàm cau... cipali, cum quo ſimul ſtat, quod Virgo concur... lùm tanquàm inſtrumentum.

## VI.

## *Maria non Deipara duntaxat; ſed etiam ... fica, non in ſe, ſed in Chriſto.*

Eſſe Deificam in Chriſto eſt priuilegium Virgin...

priſſimum, pars enim ſubſtantiæ Virginis effecta eſt corpus Chriſti, quod Verbo hypoſtaticè vnitum eſt. Quamobrẽm, iuxta S. Bernardinum, pars carnis & ſanguinis Virginis *aſſumpta eſt à Verbo*, non in Virgine; ſed in Chriſto, vti dictum eſt. Et in hac veritate fundati Doctores ſacri Matrem ſanctiſſimam vocant *Deificam*, nempe Deum factam in Chriſto, imò Carthuſianus non ſolùm eam appellat Deificam & Diuinam, verùm etiam *Deificatiſſimam & Diuiniſſimam* & Nazianzenus, *vt Deum habita*. Præ reliquis verò Gerſon ei attribuit ipſummet nomen Deæ: *O Amatricẽ & amatam Deam noſtram*, quod intelligendum eſt eo in ſenſu, quo Pſalmiſta de perſonis in excellenti ſanctitatis gradu conſtitutis loquutur dicens; *Ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi omnes*, nempe, exaltati ſuper communem ſtatum hominum.

*S. Bern. à pud Carthuſ. c. 3. art. 15. de B. V.*
*Carthuſ. lib. 1 art. 16. &c. lib. 2. art. 7. de B. V.*
*Nazianz. in Tragœdia.*
*Gerſon. tom. 2. ſer. de S. Bern.*

## VII.

### *Non ſolùm Deifica in Chriſto, verùm etiam ab ipſo honorata pio Superioritatis reſpectu.*

Sanctiſſima Mater honorata fuit à Chriſto, quaſi Superior, veluti loquuntur ſacri Doctores: vndè ſecundùm S. Bernardinum, quemadmodum hæc propoſitio vera eſt: *Diuino imperio omnia famulantur & Virgo*; ita & hæc alia vero conformis eſt: *Virginis imperio omnia famulantur & Deus*. Ratio eſt, quia aliqua ſuperioritas eſt proprietas neceſſariò connexa cum Maternitate, ſicut ſubiectio cum filiatione, & ſicut Diuinitas non impedit, quò minùs Chriſtus ſit filius; ita neque impediuit, quò minùs ſe tractari permitteret tanquam ſubiectũ & ſubditum, iuxta Diuinum Oraculũ: *Et erat ſubditus illis*. Quapropter S. Petrus Damianus rogat B. Virginem dicens: *Ora pro nobis Patrem & iube natum*.

*Tom. 1. ſer. 16. a. 1. c. 6.*
*Pet. Damia. de Nat. B V.*

## VIII.

### *Maria affinis & Conſanguinea Dei.*

Quia fuit conſanguinea & in primo gradu parentelæ

ium

cum Chriſto in quantùm homo eſt, & affinis & in
gradu affinitatis cum Chriſto in quantùm Deus
uti aſſerit & conteſtatur Caietanus, cùm ait: Ma
tas Virginis *fundauit affinitatem cum Deo*, qu
*Diuinitatis propriâ operatione ac naturali attingi*
concepit ac peperit hominem illum, qui erat Deu

*Caiet. 22. q. 10. a. 24.*

## IX.

## *Comparentalis Patri.*

*Carthuſ. de B. V. art. 9.*
*Orig. in Matth. Hom. 1.*

Hunc titulum & priuilegium ei attribuit Carthuſia
nus: *Mater Filii Dei*, inquit, *eſt comparentalis Dei*
*ſcilicet, eundem filium cum Deo habet.* Idque O
nes explanat exemplo vocis: *Sicut verbum huma*
*non diuiditur in audientibus, ſed totum eſt in ſingul*
*Verbum vnigenitum vbique totum eſt, & in cœlo*
*terrâ & apud Patrem & in Virgine, & in partes*
*uiditur*; ergò cum fundamento affirmari pote
ctiſſimam Virginem eſſe comparentalem Patri.

## X.

## *Hoſpitium ſanctiſſimæ Trinitatis.*

*Eſychius Hom. 2. de B. V. BB. PP.*
*Iſide. apud Carthuſ. de B. V.*

Poſtquàm Eſychius Hieroſolymitanus in com
tione Beatiſſimæ Virginis cum arca Noë expo
multas ac varias prærogatiuas illius tanquam
quæ excellentiori modo competebant Virgini
figurato, concludit dicens: *Illa*, nimirum, arca
*tres contignationes & manſiones habebat. Hæc autem*
*uerſam Trinitatis plenitudinem: quandoquidem*
*tus ſanctus adueniebat atque hoſpitabatur, & Pa*
*umbrabat, & Filius utero geſtatus inhabitabat*
idem ſignificare voluit Archangelus Gabriel
dixit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, ecce Spiri
ctum; *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, ecce P
*& quod naſcetur ex te Sanctũ vocabitur Filius Dei*
filium, qui nouem menſium ſpatio in vtero ca
li corporaliter habitauit.

## *Tertium Priuilegium.*

# PURITAS MARIÆ.

I. *Præſeruata à peccato originali.*
II. *Acceleratus in ea rationis vſus.*
III. *Libera à peccato actuali.*
IV. *Libera à potentia.*
V. *Sine fomite.*
VI. *Sine deordinatione paſſionum.*
VII. *Sine tentationibus.*
VIII. *Purior Angelis.*
IX. *Primicaria ſeu vexillifera Virginum.*
X. *Puriſſima in ſe & in aliis*

## Declaratio.

### I.

### *Præſeruata à peccato originali.*

QVia magna profecto *cacophonia & diſſonantia eſt,* inquit Catarinus *inter hos duos terminos, eſſe Matrem Dei & eſſe ſub ira Dei,* & tametſi in Conceptione ſua nō fuiſſet actualis Mater Dei, *erat tamen prædeſtinata & futura Dei Mater,* & Mater futura Dei toto & omni tempore debet eſſe honorata, quia *ignominia antecedens ſequitur eam, etiam pro eo tempore , quo Mater eſt,* in quo non tantum *eſt ignominia eſſe, ſed etiam fuiſſe in peccato & ſub ira Dei,* eſto tali, culpæ vnico duntaxat temporis momento fuiſſet obnoxia.

*Catar. lib. de pecc. orig. & de Concept. B.V. Ibidem.*

Ex alia parte, veluti argumentatur Anſelmus, *eſt maxima conſonantia & decentia* inter hos alios duos *terminos, Summa dignitas Matris & ſumma puritas;* ergò hæc ſumma puritas ab omni peccato etiam originali remotiſſima poſt Chriſtū attribuenda eſt B. Virgini,

*S. Anſel. de concept. Virginali & peccato orig. c. 18.*

nam

nam iuxta S. Auguſtini regulam *decuit ita fieri*, rerum, con-
conueniens fuit, vt Deus ita ſe gereret erga Mat[illegible]
*S. Aug. lib. 3. de lib. arb* am; *ergò ita fecit Deus, & quidquid tibi vera ratione me-*
*lius occurrerit, id ſcias feciſſe Deum*; & eadem
confirmatur S. Thomæ doctrinâ concedentis, [illegible]
*S. T. in 1. diſt. 17. q. 2. a. 4. ad 4.* B. Virgine *ſit ſumma puritas, non verò ſumma* [illegible]
quia *augmentum puritatis eſt ſecundùm receſſum à con-*
*trario, ſcilicet, à peccato*; & quia in Virgine fuit [illegible]
ab omni peccato, erit in ea conſequenter [illegible]
omnis puritatis; aſt augmentum charitatis eſt [illegible]
*ſum ad Diuinam bonitatem*, quòd ſemper [illegible]
& maius in ſanctiſſima Virgine, & per conſequens [illegible]
ſummam charitatem; ſed ſummam habuit [illegible]
quâ maiorem haud habere poterat, in quantum [illegible]
tat remotionem ab omni culpa. Procedit [illegible]
*Inc. 11. loc. fol. 202.* bertus magnus, qui non ſolùm in anima, verum [illegible]
corpore & ſanguine Virginis hanc ſummam [illegible]
extitiſſe aſſerit: *Non enim*, inquit ille, *Spiritus ſan-*
*lium, à quo ipſe procedit, ſanguini imprimeret,* [illegible]
*tatem Diuinam purificaret, nec Verbum Sapientiæ*
*membra ſua formaret, niſi de materia æquè pura.*
ex omni capite ſanctiſſima Virgo in Conceptione
titit puriſſima, quam cùm ſancti Angeli ſumma [illegible]
uerentia & veneratione ſpectarent, ſubitò ac [illegible]
*S. Vinc. Ferrer ſer. 2. de Nat.* illa anima creata, iuxta & corpori vnita fuit, ſumma
lætitia & iubilo *feſtum Conceptionis in cœlo* [illegible]
vt refert Vincentius Ferrerius.

## II.

### *Acceleratus in ea vſus rationis.*

Cæteras inter gratias, quas Verbum Incarnatum ex-
hibuit Præcurſori ſuo S. Ioanni Baptiſtæ eo [illegible]
quo viſitata à ſanctiſſima Virgine Matre eius Eliſabeth,
dignatum fuit hunc ſuum Præcurſorem ſancti-
mundare à culpa originali, hanc etiam eidem [illegible]
gratiam, quod in eo accelerauerit vſum rationis,
ſanctus Præcurſor dotatus inſuper ſpiritu propheti-
ventre materno perſpicuè cognouit Verbum [illegible]

rum, conformiter de eo cantat S. M. Eccleſia: *Ventris obtruſo recubans cubili ſenſerat regem thalamo manentem.* Quis igitur negare poterit, eandem hanc gratiam ac longè ampliorem Beatiſſimæ Virgini conceſſam fuiſſe in Conceptionis ſuæ momento, quando ipſi fuit infuſa gratia? haud dubium eſt Virginem ſanctiſſimam debita reuerentiæ actu ad Deum conuerſam elicuiſſe actum ſublimiſſimæ charitatis, maioris, vt ſentit & probat Suarez, perfectionis, quàm ſit actus amoris ardentiſſimi etiam Seraphini.

## III.

## *Libera à peccato actuali.*

Idque probatur ex eodem principio ſummæ puritatis Virgini competentis, roboraturque ratione D. Thomæ, qui ait: *Non autem fuiſſet idonea Mater Dei, ſi peccaſſet aliquando, quia honor & ignominia parentum redundat in prolem; ideò ſimpliciter fatendum* (concludit idem ſanctus Doctor) *quod Beata Virgo nullum peccatum actuale commiſit, nec mortale, nec veniale, vt ſit in ea impleatur, quod dicitur* Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Eadem veritas definita fuit per Concilium Tridentinum: *Sola Beata Virgo ex priuilegio in tota vita omnia peccata etiam venialia vitauit.*

3. p. q. 27. a. 4.

*Cant.*

*Trident. ſeſſ.* 6. *Can.* 25

Eadem D. Thomæ ratio extendi poteſt ad oſtendendum primum priuilegium B. Virginis, videlicet ad probandam præſeruationem à peccato originali *à fortiori*, quia redundat in maiorem ignominiam Matris & filii peccatum originale, quàm veniale; illud enim & non illud priuat gratiâ Dei, & conſtituit animam Deo inimicam; ergò ſi ſanctiſſima Virgo exempta fuit à peccato actuali veniali, multò magis à peccato mortali originali.

## IV.

## *Libera à potentia.*

Quod etiam affirmat S. Thomas; ſed limitat hoc priuile- *S. T. in* 3. *d.* 3. *q.* 1. *a.* 3.

*Alenſ. 3. p. q. 9. memb. 3. a 2. Carthuſ. lib. 1. a. 22. de B.V.*

priuilegium ad tempus, quo concepit Chriſtum
nim erat actualis Mater Dei; Verùm alii facti
id abſolutè intelligunt absque limitatione tem
nimuerò ſi non erat Mater, futura tamen erat
hanc adducunt rationem, quia ſemper & omni
re gratia Virginis libera extitit ab omni contra
pugnante, reſiſtente, & impediente; inſuper im
lis fuit propter continuam gratiæ efficacis com
tionem, & propter negationem Diuini concur

*D.T. loc. cit.*

ſum, nam ſecundùm D. Angelicum *imper
tollit libertatem, ſed defectum libertatis; quia
vel illud bonum, & non in malum*, & in hoc V

*Chriſtophorus à Caſtro de B.V. c. 2. n. 6.*

ctiſsima ſuperauit gratiam Adami & Angelo
rum, quia hi *poterant non peccare, ſi vellent, a
non poterat velle peccare, vndè quod Chriſtus
tura, Virgo eius Mater ex ipſius habuit grati*
Chriſtus habuit repugnantiam ad poſſe pecc
tura ratione hypoſtaticæ vnionis ad Verbum,
Virgo eandem habuit ex priuilegio ratione
gratiam Matris Dei.

## V.

### *Sine fomite.*

*Seſſ. 5. de peccato origin.*

Quià, ſecundùm Concilium Tridentinum,
*ſcentia non eſt peccatum, ſed eſt ex peccato &
inclinat*, ſupponit namque peccatum originale
cauſam, & inclinat ad peccatum actuale,
ctum; ergò ſi in Virgine non habuit locum
originale, neque fomiti vllus vnquam patuit lo
tercà hæc inclinatio ad peccatum haudquaq
neniens ſummæ puritati ſupra allegatæ. Ex q
tionibus eruitur, fomitem in ſanctiſſima Virg
gatum duntaxat, ſed etiam extinctum fuiſſe,
latum & quò ad actum ſecundum, & quò ad
mum; nec ſolum fuiſſe extinctum in concept
ipſomet conceptionis tempore ſublatam &
fuiſſe omnem fomitis concupiſcentiam & quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

primum, & quò ad actum ſecundum, & quò ad appeti-tum ſenſitiuum Virginis, cuius Ratio eſt, quia Virgo in conceptione ſua nullo modo contraxit peccatum originale, neque illius fomitem. Porrò modus, quo fomes ille extinctus abiit, contigit per communicationem habituum virtuoſorum appetitum ſenſitiuum Virginis inclinantium ad bonum & ad ſubordinationem illius ad rationem; ſicut etiam per auxilia proportionata efficacium gratiarum, & prætereà per negationem Diuini concurſus cum eodem appetitu ad omnem actum inordinatum & non ſubordinatum rationi.

## VII.

### *Sine deordinatione paſſionum.*

Hoc priuilegium ſequitur ex præcedente, quia vbi non eſt inordinatio fomitis, vbi neque eſt turbatio paſſionum: *Si radix bona & rami*, ſi appetitus inferior eſt in actu primo ordinatus & regulatus, talis quoque erit in actu ſecundo operationum. Quamobrem appetitus inferior in B. Virgine nonniſi ad imperium voluntatis ſeſe mouebat, & ipſi ad nutum obtemperabat abſque vlla repugnantia, & voluntas perfectum habebat dominium in ſuos actus, cum nullos haberet actus indeliberatos & inuoluntarios; ſed omnes deliberatos & liberos: & ideò, quemadmodum de Chriſto dicitur, quod *non fuerunt in eo paſſiones ſed propaſſiones*, non fuerunt in Chriſto motus partis inferioris inordinati, ſed omnes ordinati & rationi obedientes; ſic triſtitia, gaudium & ſimiles affectus *non fuerunt paſſiones*, nimirum, affectus inordinati in Virgine; ſed veluti propaſſiones, nempè, affectus ordinati omnes, & ſubordinati ſuperiori.

*Hieron. in Matth. 26*
*Mag. ſent. in 2.*

## VII.

### *Sine tentationibus.*

Quod intelligitur de tentationibus intrinſecis, quæ

contingere ſolent mediantibus prauis maliſ...
tationibus & motibus, & Ratio eſt, quia vt ſupr...
ſum fuit, appetitus inferior Virginis liber erat...
fomite; ergò neque per ſeipſam, neque vi inſ...
*Damaſc.* tum Dæmonis poterat eſſe rebellis rationi; ...
*lib. 3. de fide* poterat eſſe cauſa intrinſecæ ſuggeſtionis; ſolùm
*c. 12.* puriſſima Virgo tentari poterat extrinſecè, qu...
modùm Chriſtus D. N. tentatus fuit. Ex quo ...
liquod dubium, an hęc potentia fuerit reducta ...
nimirùm, an B. Virgo hoc modo fuerit tentata? ...
*S. Bern.* det negatiuè S. Bernardinus, *quia effugabantur ...*
*Tom. 2.* *nes à ſua ardente charitate; ſicut muſcæ ab igne.* ...
*Serm. 51. a.* verò probabilem cenſet partem affirmatiuam, ...
*3. c. 2.* tim verò Dæmon, quando intellexit dictum illu...
*Gerſon ſu-* nis in cantico eius: *Beatam me dicent omnes generationes,*
*per Magnif* *credidit arrogantem*; vndè vt adderet ei ſtim...
perbiæ, comparens in forma humana applau...
Virgini, rationes Beatitudinis eius confirmando ...
ſis & nouas etiam adducendo, vt ratione ſumm...
fœlicitatis adeptæ eam in animi elationem & ...
tem deduceret; aſt ſubitò ſummâ cum prudent...
militate abactus & repreſſus fuit à B. Virgine; ...
men Dæmon proptereà à priori ſuo deſtitit con...
irâ fremens potentioribus eam aggreſſus ...
quanquàm omninò vanis; etenim quam prius ...
tam, fœlicem & exaltatam deprædicauerat, ...
vertens vela, vt humilem admirabatur, in ...
*Ibidem.* pens verba: *Quàm benè ſuper ... humilitate ...*
*eugè, eugè, digna eris, & laudanda per omnes ...*
*nes.* Cui reſpondit Virgo: *Confundantur & ...*
*tur qui dicunt mihi eugè, eugè*, ſed ſoli Deo ...
nor & gloria.

Rationes pro hac opinione militantes ſunt ...
Chriſti, exemplum noſtrum: *vt poſſit compati ...*
*per omnia*, ſicut & exercitium maioris meriti & ...
tatis, & hoc ipſum videtur voluiſſe innuere Deus ...
illis Dæmoni dictis: *Tu inſidiaberis calcaneo ...*
mirum, per extrinſecam ſuggeſtionem, *& ipſa ...*
*caput tuum*, ſemper de te triumphans.

## VIII.

### *Purior Angelis.*

Quia, ſecundùm Albertum, puritas in Angelis *fuit à natura neceſſaria & non meritoria*; aſt in Virgine *fuit à gratia libera, & meritoria.* Angeli, quia ſunt puri ſpiritus, impuris motibus, qui à carne proueniunt, haùd poterant eſſe ſubiecti, ac propterea ipſi habuêre puritatem quandam ſine merito, quia fuit neceſſaria; at Beata Virgo, non obſtante eo, quod non eſſet purus ſpiritus, habuit nihilominus gratiam Virginitatis adeò ſingularem, vt ſuperârit Angelicam, & ex ea indicibile percepit meritum, quia in ea conſervanda fuit libera. *lib. de B. V. cap. 182.*

## IX.

### *Primicaria ſeù vexillifera Virginum.*

Priuilegium eſt, quod ei attribuit S. Bernardus ſanctiſſimam Virginem appellans primicæriam Virginum, id eſt, ſigniferam ſeu vexilliferam Virginum, quæ Vexillum geſtat inter Virgines, & ratio, iuxta Albertum Magnum, eſt, quia *fuit prima Virgo origine & excellentiá; vnde genuit omnes alias Virgines per imitationem.* Et in hoc ſenſu notat & aduertit idem Doctor non dici de Chriſto, quod *ſit Virgo Virginum*, quia non eſt primus inter Virgines, veluti Mater ſua prima eſt; nihilominus idem ſubiungit, quod Chriſtus in Virginitate ſuperârit ſanctiſſimam Matrem ſuam, quia maioris dignitatis & excellentiæ eſt, eſſe Virginem & Filium Virginis, quàm eſſe Virginem & Matrem Virginum: *Plus eſt eſſe Virginem Virginis Filium, quàm eſſe Virginem Matrem Virginum.* *S. Bern.* *Albert. de B. V. c. 230.*

## X.

### *Puriſſima in ſe, & in aliis.*

Tanta enim erat vis & virtus gratiæ, quæ relucebat in vultu Virginis, & tanta erat vis virtutis Diuinæ, quæ in

eâ operabatur, *vt ſolo aſpectu mundanorum* ...
*ad cœleſtia eleuaret*, & ſolâ ſuâ præſentiâ ſpe...
corda accenderet in amorem & deſiderium æter...
titudinis.

## *Quartum Priuilegium.*

# GRATIA MARIÆ

I. *Maria Inuentrix gratiæ.*
II. *Repleta omnibus gratiis.*
III. *Diſpenſatrix gratiarum.*
IV. *Gratiæ ſuper omnes gratias.*
V. *Super ſtatum Adami.*
VI. *Super ſtatum Angelorum.*
VII. *In gradu intenſiſſima.*
VIII. *In valore quaſi infinita.*
IX. *Continet ſummum virtutum apicem*
X. *Excellentiam quoque donorum compr...*

## Declaratio.

I.

*Maria Inuentrix gratiæ.*

*Luc. 1.* *S. Bern. Hom. 3 ſuper Miſſus eſt.*

PRiuilegium attributum Virgini ab Angel... *niſti gratiam apud Dominum: Inueniſti,* ... Bernardus, *quod quærebas, & quod nemo antea po... uenire.* Sed quæ eſt iſta gratia quam inuenit Vi... tunatiſſima? inuenit *Dei & hominis pacem, mor... ctionem, vitam perennem.*

II.

*Repleta omnibus gratiis.*

*Albert. M.*

Quia, ſecundum Albertum eſt repleta gratia ...

nempè, Verbo Diuino & æterno, quod in ſe cunctas comprehendit gratias; ideò cæteris per partes, *Mariæ ſe totam infudit plenitudo gratiæ. Habuit gratiam Diuinitatis in carne, gratiam Charitatis in corde, gratiam affabilitatis in ore, & gratiam miſericordiæ & liberalitatis in manibus.* S. Hieron. ſerm. de Aſſumpt. S. Bernard.

III.

## *Diſpenſatrix gratiarum.*

Quia theſaurus Dei eſt, *& Theſauraria gratiarum ipſius.* Quapropter *nulla gratia de cœlo in terram venit, niſi tranſeat per manus Mariæ.* Cuius rationem profert S. Bernardinus: *Quia eſt Mater Filii ſpirantis Spiritum ſanctum in vtero ſuo;* ergò quemadmodum habet certam quandam authoritatem in Chriſtum: ita *quandam, vt ſic dicam, iuriſdictionem ſiue authoritatem habet in omnes temporales proceſſiones Spiritus ſancti, quibus vult, quando vult, quomodo vult, & quantum vult, per manus ipſius adminiſtratur.* Idiota de B. V. in prologo BB. PP. S. Bernardus. S. Bernardinus Tom. 1. ſerm. 61. c. 8.

IV.

## *Gratia ſuper omnem gratiam.*

Quia cæteræ omnes gratiæ terminantur ad gloriam; at gratia Virginis tranſit ad Maternitatem Dei, ad Incarnationem Verbi; illius namque ſuffragio non promeruit duntaxat gloriam, adeòque non ſolum habuit rationem meriti ad gloriam; ſed etiam diſpoſitionis ad dignitatem Maternitatis Dei.

V.

## *Super ſtatum Adami.*

Enimuerò ſanctiſſima Mater adornata fuit iuſtitia originali, quantum ad effectum primarium gratiæ & virtutis, longè perfectiori, quàm fuerit iuſtitia originalis Adami, quamuis non habuerit effectum ſecundarium impaſſibilitatis & immortalitatis, veluti habuit Adamus, Carthuſ. de B. V. lib. 2. c. 8.

## VI.

### *Super ſtatum Angelorum.*

*S. Anton. p.4.tit.15. cap.9.*

Quia gratia Beatisſimæ Virginis, iuxta S. A-
num ſtabilior fuit gratiâ Angelorum, ſiquidem
*non poſſunt, ſed potuerunt aliquando peccare;*
*Virgo nec poteſt, nec potuit unquàm peccare,*
namque fuit per gratiam impeccabilis toto vi-
tempore, veluti ſuprà diximus. Prætereà, ſecun-
Thomam fuit quoque plenior, familiarior Deo,
rior gratiâ Angelorum.

*S. Thom. opuſc. 8.*

## VII.

### *In gradu intenſiſſima.*

Quoniam eſt gratia diſpoſitiua ad infinitam
dignitatem; ergò talis gratia debet eſſe in gradu
ſiſſima, videlicet ſumma & incomparabilis reſpe-
iuſuis alterius creatæ gratiæ, cum ſemper qua-
aliâ maior exiſtat.

## VIII.

### *In valore quaſi infinita.*

Quia perſona Virginis ad infinitam quandam
tatem, iuxta doctrinam D. Angelici, exaltata
*hoc, quod eſt Mater Dei, habet quandam dignita-*
*nitam ex bono increato, quod eſt Deus;* ergò dici
gratiam Virginis, in quantum eſt gratia talis p-
operationumque à dicta gratia procedentium,
valorem quaſi infinitum.

*p.1.q.75.a.6.*

## IX.

### *Continet ſummum virtutum apicem.*

*S. Anton.* Quia gratia ſanctificans continet gratiam virtu-

& ſecunda creſcit iuxta proportionem primæ: vndè cùm in B. Virgine ſit gratia habitualis in ſummo gradu, in eodem gradu conſtituta erit gratia virtutum. *p. 4. tit. 15. c. 19. Carthuſ. lib. 1. art. 15. de B. V.*

X.

*Comprehendit etiam excellentiam donorum.*

Propter eandem rationem, vt notant iidem ſacri Doctores, & dona Spiritus ſancti, ſicut & gratiæ gratis datæ in excellentisſimo ac eminentisſimo gradu repertæ fuerunt in ſacratisſima Virgine.

## *Quintum Priuilegium.*

# VIRTUTES MARIÆ.

- I. *In origine altiſſimæ.*
- II. *In gradu perfectiſſimæ.*
- III. *In productione infuſæ.*
- IV. *In duratione ſtabiles.*
- V. *Puræ ſine contrario.*
- VI. *Liberæ ſine impedimento.*
- VII. *Perfectæ donis.*
- VIII. *Confirmatæ votis.*
- IX. *Non humanæ; ſed Angelicæ.*
- X. *Et ſupra Angelicas, quia exemplares & Diuinæ.*

## Declaratio.

I.

*In origine altiſſimæ.*

Quia ſicut virtutes Chriſti ſuam deduxêre originem & principium à gratia vnionis; ita virtutes Mariæ à gratia Maternitatis.

## II.

### *In gradu perfectiſſima.*

S.T.3.p.q.3 a.2. Quia, ſecundùm D. Angelicum, *virtutes ſunt deriuationes*, ſeu effectus & rami gratiæ, cui propor- ri debent; ergò ſi gratia Virginis, vti ſupra dixim in ſummo gradu perfectionis, in eodem etiam ta tæ virtutes.

## III.

### *In productione infuſa.*

S. Anton. p.4. tit.15. c.19. S Bern. tom.2 ſer. 51. Etenim in inſtanti conceptionis ſuæ cunctas eſt virtutes, tàm naturales, quàm ſupernaturales, *acquiſitionem* per proprios actus; ſed *per infuſ* dono Dei, & cum virtutibus ſimul obtinuit dona tus ſancti & gratias gratis datas.

Communicata ei fuit gratia miraculorum, *dum actum* duntaxat, quomodo illam habue Sancti; ſed etiam *ſecundùm habitum*, eamq; exercuit poſt Aſcenſionem Filii in confirmatio dei Chriſti, ac huius præſertim veritatis, quod Mater eius. Fuit ei cōmunicata gratia linguarum diuerſarum nationum hominibus & populis, ex variis mundi partibus ad eam confluebant, eorum lingua & idiomate ſatisfaciebat. Dono phetiæ prædicta fuit, eiuſq; ſpecimen aliquod quando dixit: *Beatam me dicent omnes generationes* nuptiis; quia precognouit in Spiritu futurum diceudo: *quæcunq; dixerit vobis facite*, & de Vi tellexit Iſaias illud: *Acceſſit ad Propheteſſam*, *& peperit.* Iſa.c.8.

Hoc idem dicendum eſt, de dono interpret ſermonum, id eſt, ſcripturarum, aliiſque ſimilib batio huius priuilegii deſumenda eſt tum ex merito dignitatis talis Matris tum etiam, quod uilegium iſtud fuerit conceſſum protoparentibus ſtris Adamo & Evæ, non poteſt, neque debet Beatiſſimæ Virgini.

## IV.

### *In duratione ſtabiles.*

Quia non ſolùm hæ virtutes nunquàm neq; in toto, neq; in parte defecerunt & decreuerunt in B. Virgine, ſed ſemper profecerunt, & in illis Virgo ſacratiſſima ſemper magis magiſque profecit iuxta augmentum gratiæ.

## V.

### *Puræ ſine contrario.*

Quia nunquam in eam irrepſere habitus praui contrarii; vndè Virgò ſanctiſſima ſemper habuit ſummam inclinationem & facillitatem ad benè operandum.

## VI.

### *Liberæ ſine impedimento.*

Nunquam Virgo benedicta habuit impedimentum vel obſtaculum paſſionum, quia ſicut dicitur de Chriſto, *quod non fuerunt in eo paſſiones*, videlicet, motus inordinati; ſed *propaſſiones*, nempè, affectus ordinatiſſimi, & rationi ſubordinati, ita hoc idem poteſt ac debet dici de Beata Virgine, vti ſuprà dictum fuit.

*Magnif. in 3. diſt. 15. S. Hieron. in Matt. c. 26.*

## VII.

### *Perfectæ donis.*

Quia *perfecta virtus in dono, Donum in beatitudine, & Beatitudo in fructu*, id eſt, virtus perficitur dono Spiritus ſancti, donum perficitur Beatitudine, & Beatitudo perficitur fructu eiuſdem Spiritus ſancti; cùm igitur virtutes in Virgine fuerint perfectiſſimæ, eis quoque vnita fuerunt ſeptem dona Spiritus ſancti, octo beatitudines, & duodecim fructus Spiritus ſancti, & à virtutibus recipiebat perfectionem operationis, à dono eminentiam, à Beatitudine ſtatum, à fructibus voluptatem & delectationem æternæ dulcedinis, nec non æternæ gloriæ delicium.

*Albertus Mag. ſuper Miſſus eſt. Iſa. 11. Matth. 5. Gal. 5.*

VIII.

## VIII.

### *Confirmatæ votis.*

*Albert.* Volunt enim nonnulli ſacri Doctores, ſanctiſ[...]
*S. Ambroſ.* Virginem etiam ab inſtanti conceptionis ſuæ [...]
*S. Bern.* votis confirmatas virtutes principales perfection[...]
angelicæ & religioſæ obſeruantiæ, puta, Pauper[...]
*S. Thomas.* Caſtitatem & Obedientiam; ſiquidem ab eo [...]
cognouit perfectiora, gratiora Deo, ac magis me[...]
eſſe ea opera, quæ fierent à voto ſeſe obſtringen[...]
quàm à ſolutis, idque confirmatur etiam exemplo [...]
ſti, qui in Conceptione ſua emiſit votum totum ſe [...]
pendendi in redemptionem humani generis ad m[...]
vſque. Prætereà veritas hæc corroborari po[...]
*S. Brig. lib.* quæ ipſamet B. Virgo ſanctæ Brigittæ reuelau[...]
*1. reuelat.* verbis: *Voui in corde meo obſeruare virginitatem* [...]
*c. 1.* *unquam poſſidere in mundo, & omnem voluntat[...]*
*am Deo commiſi.*

Magno igitur cum fundamento hoc priuilegi[...]
betur B. Virgini, quod, nimirùm, prima omnium [...]
rit, quæ ex inſtinctu Spiritus ſancti voti neru[...]
ſtrinxerit Diuino ſeruitio & obſequio, ac proinde [...]
prima fuerit inuentrix & inſtitutrix ſtatus Religio[...]
ius in Conceptione ſua prima iecit fundamenta, [...]
eà compleuit & perfecit eundem in ſua Præſen[...]
quando inſuper adiunxit obſeruantiam extr[...]
propriosque deſeruit parentes paternasque æde[...]
plum ingreſſa, in quo veluti loco & habitaculo Re[...]
ſorum proprio Deo ſe conſecrauit.

## IX.

### *Non humanæ, ſed Angelicæ.*

*S. Tho. 1. 2. q. 61. art. 5.* Quia *non ſunt virtutes purgatoriæ*, paſſion[...]
delicet, ſubiectæ; ſed virtutes *purgati animi*, qu[...]
virtutes heroicæ, perfectiſsimæ, competentes A[...]
& Beatis in cœlo exiſtentibus.

N[...]

Neque tamen eſſe meritorium, ſeu ratio meriti defuit *Albert.*
virtutibus illis, quibus ſanctisſima Virgo dotata erat, *Magn. c.*
quia tametſi habuerit virtutes *per modum patriæ, quan-* 69 *de B. V.*
*tum ad actum perfectisſimum, habuit tamen per modum* *fol.* 46.
*uia, quantum ad meritum*; in perfectione virtutum ſi- *S. Anton.*
milis fuit ſtatui Beatorum; at quantum ad meritum ſi- *p.* 4. *tit* 15.
milis ſtatui Viatorum. *c.* 27. §. 4.

## X.

## *Et ſuper Angelicas, quia exemplares & Diuinæ.*

Quemadmodum enim virtutes Diuinæ *dicuntur vir-* *S. Tho. q.*
*tutes exemplares*, quia Deus eſt primum exemplar à no- 61. *a.* 5. *par.*
bis imitandum; ita virtutes ſanctisſimæ Virginis cum 2.
(ſ)it exemplar ſecundum poſt Deum nobis pariter imitan-
dum, dici poſſunt exemplares: *Poſita eſt enim B. Virgo*
(te)ſtatur Angelicus Doctor) *vt vniuerſale exemplum o-* *S. T. opuſc.* 8
*mnium virtutum*, è quo cuncti viuam cuiuslibet virtu-
tis extrahere poſſent idæam.

## *Sextum Priuilegium.*

# MERITUM MARIÆ.

I. *Eminentiſſimum in ordine.*
II. *Efficaciſſimum in virtute.*
III. *Intenſum ſine remiſſione.*
IV. *Continuum ſine interruptione.*
V. *Stabile ſine diminutione.*
VI. *Mirabile in exceſſu.*
VII. *Fœcundum in communicatione.*
VIII. *Fundamentum ſecundarium Eccleſiæ.*
IX. *Gaudium Vniuerſi.*
X. *Vnitum merito Chriſti.*

Decla-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Declaratio.

## I.

### *Eminentiſſimum in ordine.*

TRanſilit namque ordinem gratiæ habitualis,
ordinem vnionis accedit, quia terminatur
ternitatem Dei, & Incarnationem attingit Verbi
quispiam inmaginari ſibi poteſt ordinem perfecti
aut etiam eminentiorem eo, in quo reperitur Mari
eſt Mater Dei.

## II.

### *Efficaciſſimum in virtute.*

Quia iuxta dictum S. Gregorii: *Meritorum*
S. Greg. *Virgo Maria vſq; ad ſolium Diuinitatis erexit,*
Sanctorum merita promerentur gratiam
gloriam; at merita ſanctisſimæ Mariæ Virgini
Diuinitatis attingunt thronum, cùm in proprium
filium verum Dei Filium promeruerit.

## III.

### *Intenſum ſine remiſſione.*

ETenim iuxta doctrinam Doctoris Angelici
*non impeditus operatur ſecundùm totam*
*tem:* Vndè actus ſuæ virtuti æquales ſemper
quotiescunq; gratiæ intenſioris aderit motio,
res etiam cauſabit actus; habitus virtutis in Virgi
mni impedimento paſſionum & fomitis, vti ſu
dimus, liber ſemper extitit; ergò ſemper actus
tot æquales adeptæ gratiæ, augendo & duplica
mam gratiam, adeò, vt, ſi prima Virginis gratia
exempli cauſa gradus decem intenſionis, propter
actum, quem elicuit, creuerit ad XX. & propter
ad XXXX. & propter tertium ad LXXX. & tertium
tecedentis actus ſemper gratiæ perfectio accede
plicata fuit. Præterea ſi in B. Virgine, veluti

eſt, aderat motio gratiæ efficacis intenſior habitu gratię, non operabatur duntaxat actus ſemper æquales; ſed etiam habitibus ipſis intenſiores; neque hic operandi modus, quo ſemper duplicabatur meritum, incredibilis videri debet in Matre Dei; ſiquidem ſimilis conceditur fuiſſe Angelis in principio creationis ſuæ, & inſuper probabile eſt, vti aduertit & notat Suarez, S. Franciſcum eodem operandi modo dotatum fuiſſe ab exordio Conuerſionis ſuæ; imò ſubiungit idem Author: aſſerere de Matre ſanctiſſima, *quod ſemper habuerit motionem Diuinam ad actum intenſiorem, eſt pietati magis conſentaneum & altius & excellentius de Virgine ſentire: vnde dicendum eſt ſemper operari ex tota efficacia Charitatis & gratiæ, tàm habitualis, quàm actualis, ſeu mouentis.*

*Suarez. diſp. 18, ſect. 2. tom. 2. 3 p.*

IV.

## *Continuum ſine interruptione.*

Sanctiſſimam Virginem hoc etiam priuilegio dotatam fuiſſe omninò verſimile eſt, ſuppoſito, quod habuerit aliud priuilegium ſcientiæ infuſæ, de quo mox dicetur; etenim hac interueniente ſcientiâ abſq; dependentia & fatigatione corporis mentaliter ſemper operari poterat, intendendo, amando Deum, & gaudendo Deo; quod prætereà hac ratione oſtenditur, quia ſemper ac continuò Virgo operabatur deliberatè, nunquam habens actus indeliberatos, veluti ſuprà probauimus, ac ſemper operabatur *ex fine amoris Dei*: operari namque propter alium finem naturalem & humanum imperfectio & defectus fuiſſet in B. Virgine: ergò ſemper ac continuò meruit; neque dici poteſt, quod voluntariè elegerit ſuſpenſionem omnis actus; ſiquidem humanitus impoſſibile eſt Beatiſſimam Virginem nec ullum eliciuiſſe actum etiam indeliberatum, quod ſi etiam ita manſiſſet otioſa, non caruiſſet aliqua imperfectione.

*S. Anton. p. 4. tit. 15. c. 20. §. 6. Alb. c. 126. & 177. S. Bern. to. 2. ſer. 51. c. 2. Belprat. lib. 7. p. 3. a. 2. t. 126.*

Confirmatur hoc idem exemplo Angelorum bonorũ, qui primo inſtanti cõuerſionis ſuæ ad Deum nunquam ceſſarunt ab actuali Dei amore: ergò multò magis & cũ perfectione longè maiori hoc idem aſſerendũ eſt de B. Virgine. Suarez noſter præſentẽ diſcutiens materiã duo diſtinguit

*Suar. diſp. 18. ſect. 2. conc. 4.*

*Suar. diſp. 18. ſect. 2. conc. 4.*

ſtinguit tempora, primum, quando Virgo vigila-
cundum, quando dormiebat, in primo tempore
quam certisſimum aſſerit, Beatisſimam Virginem
nuò meruiſſe propter rationem ſupra adductam,
nimirùm perfectum habebat dominium in omnes
actus, nullos admittens indeliberatos; in ſecundo
rò tempore hoc idem ait eſſe probabile, quia in A-
in ſtatu innocentiæ adhuc conſtituto non impedi-
vſus rationis, libertas & meritum tempore ſomni,
dem, vt benè allegat Belpratus: *Ligatio intellectus*
*mno eſt pœna peccati*, & in ſtatu innocentiæ, iuxta
guſtinum, *tam fœlicia erant ſomnia dormientium*
*vita vigilantium.* Neque obiici poteſt, quod
ſit pœna peccati, poterat tamen eſſe in B. Virgine,
fuit dolor, laſſitudo, & fames, quia *pœna quæ ſunt*
*pœna*, vti ſunt illæ iam recenſitæ competere pote-
Virgini; aſt non illæ pœnæ, *quæ ſunt impedimentum*
*tum*, veluti ſunt, *concupiſcentia, ignorantia, ligam-*
*lectus in ſomno, & diſtractio actus contemplatiui.*
addendum, conformiter idem Author obſeruat,
ſicut Chriſtus in ſe non aſſumpſit has pœnas, ita
decebat & oportebat, eaſdem permittere in B. V.
cum ſit vna & eadem caro Chriſti & Mariæ, in-
tum caro Chriſti de Virgine ſanctisſima deſump-
Quare concludendum, quod ſi hic operandi
cum libertate & merito fuit in Adamo, multò
concedendus eſt Beati Virgini: vnde ſemper &
tempore, & vigilando & dormiendo *operabatur*
*ali affectu Diuini Amoris*, ac proindè cum merito
tinuò.

*Belpr. in Stellar. lib. 7. p. 2. a. 2.*
*S. Aug. lib. contra Iulianum. c. 9*

## V.

### *Stabile ſine diminutione.*

Et hoc propriũ erat merito B. Virginis, quod
creſcere; at non decreſcere & deficere, *gradu ab*
*non reuertebatur.* Ratio eſt, quia nulla preſſit
culpa, quæ illud tollere aut retardare valebat.

## VI.

### *Mirabile in exceſſu.*

Si vera eſt Regula S. Dionyſii, quod *minimum ordinis ſuperioris & maius maximo ordinis inferioris*, dicendum eſt, quemcunq; gradum etiam minimum meriti B. Virginis, eò quod, vi ſuprà dictum eſt, ſit meritum ordinis ſuperioris, fuiſſe maiorem quolibet merito cuiuſcunque alterius Sancti in ordine inferiori comprehenſi; idque inſinuare videntur verba illa Alberti M. *Maria in merito ſuperauit omnes Sanctos, quia habuit actum Deiformiſſimum*, ordinis, ſcilicet, Diuini & ſuperioris. S. Dionyſ. Alb. Mag.

## VII.

### *Fœcundum in communicatione.*

Quia Virgo erat Mater Chriſti, non tanquam perſonæ particularis duntaxat; verùm etiam tanquàm capitis vniuerſalis Eccleſiæ, & tanquàm *primogeniti in multis fratribus*, ergò eſt Mater Chriſti, & ſimul Mater noſtra, nobiſque veluti perdilectis ſuis filiis communicat ſanctiſſima ſua merita.

## VIII.

### *Secundarium fundamentum Eccleſiæ.*

Quia ſicut eſt quaſi corredemptrix in myſterio redemptionis; ita quoque affirmari poteſt, quod ſit quaſi cōfundatrix cum Chriſto in fundanda S. M. Eccleſiâ: vnde poſt Chriſtum, qui eſt primarium fundamentum, appellari poteſt ſecundarium ſanctæ Eccleſiæ fundamentum.

## IX.

### *Gaudium vniverſi.*

Siquidem propter merita Mariæ Virginis, veluti no-

ſtra propria, *acceſſum habemus ad Chriſtum*, quemad-dùm propter merita Chriſti *acceſſum habemus ad Pa-trem*, vt ab eo, totum, quod optamus, obtinea-mus propter merita Filii, & pariter aditum habe-mus ad Filium, vt ab eodem, quod deſideramus, conſequa-mus per merita ſanctiſſimæ Matris.

## X.

### *Vnitum merito Christi.*

Quia ſunt merita Mariæ Virginis, tanquam Ma-tris Chriſti: ergò vniuntur & quaſi ſimul conſ... merita Chriſti & Mariæ; illa de *condigno*, hæc de *con-gruo* noſtram impetrant, obtinentque ſalutem. ... igitur, vt meritorum Beatiſſimæ Virginis partici-ciaris, ſicque certo certiùs particeps eris meritorum Filii.

### *Septimum Priuilegium.*

# COGNITIO MARIÆ

I. *Illuminata per ſcientiam naturalem.*
II. *Per fidem infuſam ſimilem fidei* ... *gelis.*
III. *Per ſcientiam infuſam ſcientiæ Chriſti* ... *fuſæ ſimilem.*
IV. *Per reuelationes Diuinas extra Verbum.*
V. *Per cognitionem experimentalem Ver*... *carnati.*
VI. *Per Viſionem Beatam in Verbo.*
VII. *Illuminata & non ab alio Magiſtro,* ... *SS. Trinitate.*
VIII. *Et tota illuminata abſq; ignorantia* ...
IX. *Illuminatrix Eccleſiæ.*
X. *Illuminatrix Angelorum.*

# Declaratio.

## I.

*Illuminata per ſcientiam naturalem.*

QVia, conformiter docet S. Antoninus, ſanctiſſimæ Virgini in inſtanti conceptionis ſuæ communicatæ fuêre cunctæ ſcinentiæ naturales, tàm illæ, quæ per accidens ſunt infuſæ, quàm etiam illæ, quæ ſunt per ſe infuſæ in ordine ad obiecta ſpiritualia; vndè non res materiales & corporeas duntaxat, verùm etiam ſpirituales, nempè, Angelos Dæmones & animas in propria eorum ſubſtantiâ & per propriam ſpeciem cognoſcebat: & hæc cognitio iuxta S. Bernardinum competebat Beatiſſimæ Virgini, quia ipſa omnium creaturarum etiam ſpiritualium Regina erat.

*S. Anton. p. 3. tit. 15. cap. 19.*

*tom. 2. ſer. 15. c. 2. tom. 3 ſerm. 3. 6. 2.*

## II.

*Illuminata per fidem infuſam ſimilem fidei infuſæ Angelis.*

Quoniam fides ei communicata fuit independenter à phantaſmatibus & ſenſibus, qualis fuit infuſa Angelis. Et ſi donum huiuſmodi datum eſt ſeruis & famulis, multò magis communicari debebat eorum Reginæ; inde etiam in ſomno exercere poterat actum fidei, & cum hoc actum Charitatis, cognoſcendo & amando Deum.

## III.

*Illuminata per ſcientiam infuſam ſcientiæ Chriſti infuſæ ſimilem.*

Doctorum plurimi hanc ſcientiam per ſe infuſam

*S. Anton.* 4 *p. tit.* 15. *c.* 10 §. 2.
*S. Bern.* 10. 2. *ſerm.* 51. *a.* 1 *c.* 2.
*Alber. de B. V. c.* 51.
*Gerſon. tract.* 1. *ſuper magn. p.* 86.

in ordine & myſteria ſupernaturalia admittunt
gine, tùm quia non repugnat ſtatui viatoris,
conſiſtere poteſt cum habitu fidei; tùm ob ſ
nem cum Chriſto habitam: neque inconue
quod eam incognitionem, quæ comperit Ch
naturam, Virgo ſanctiſſima adepta ſit per grati
etiam, quia, cùm hæc ſcientia fuerit communi
gelis adhuc viatoribus, haudquaquam dene
Virgini, tùm denique, quia remorâ hac ſcien
difficile, & forte etiam impoſſibile eſſet allegare
plurium aliorum priuilegiorum, quæ comm
ceduntur B. Virgini, veluti continui meriti
mno, accelerationis vſus rationis: quodque
mni corporali infirmitate fuerit exempta,
que extraxiſſet prauam aliquam qualitatem
tionem ſaluti corporis contrariam; ſi ad
mentis exercitium concurriſſet phantaſia
conſummatione ſpirituum, neque etiam perfe
ueretur animæ dominium, quod habebat, in
corpus, haùd abſimile animæ beatæ, cæteriſq
innocentiæ poſitis, veluti ſuprà innuimus: &
huiuſmodi priuilegia Mariæ Virgini conceſſ
ter eidem attribui & concedi poſſent, ſi pr
negaretur ſcientia. Quapropter conclud
*in ſua contemplatione MARIA nullo modo imag*
*admittebat, imò nec rationem*, quia nec ſemp
ſariò per phantaſmata, neque per intellectus
ſed per proprias ſpecies cognoſcebat, & ide

*Gerſon. tr.* 3. *ſuper magnif. t.* 718.
*Alb. de B. V. c.* 71.
*S. Anton. p.* 4. *tit.* 15 *c.* 19 §. 2.
*Rup. in Cant lib.* 1. *circa med.*

firmat: *Spiritus Mariæ erat in corpore, ſed nihil*
*portabat.* Idem quoque euidenter affirmat
Magnus, cùm ait: *Habuit ſimul cognitionem m*
*& veſpertinam:* & per cognitionem veſpert
ligit fidem, per matutinam verò ſcien
ſam.

Et præter iam memoratam ſcientiam ſ
communicata & infuſa ſanctiſſimæ Virgini
Theologiæ in ſummo, vt ei inſeruiret ad
*& defendendam fidem* in dubiis, quæ occurreb
liter poſt Aſcenſionem Chriſti in cœlum.
Rupertus, Virginem tanquàm Apoſtolorum

interfuiſſe Conciliis, veluti interfuit primo *de ceſſatione legalium, & omnem ſoluit quæſtionem.*

## IV.

## *Illuminata per reuelationes Diuinas contra Verbum.*

Inter quas ea fuit excellentiſſima, quam recepit in Annunciatione Verbi per Gabrielem Archangelum, vti & frequentibus aliis toto vitæ ſuæ decurſu, ac illo præſertim tempore, vt ait D. Hieronymus, quo habitauit in Templo, dicari meruit reuelationibus: *Vbi quotidiè ab Angelis frequentabatur.* Recepit inſuper, iuxta D. Anſelmum, reuelationes de propria ſalute, & de ſui exaltatione ſuper omnes Angelorum choros: & ſecundum Albertum Mag. eandem quoque reuelationem recipiebat de ſtatu & ſalute hominum.

*Hieron. to. 9. de ortu Mariæ. Epiſ. 91.*
*Anſel de Excell. B. V. c. 17.*

## V.

## *Illuminata per cognitionem experimentalem Verbi.*

*Non ſolùm ſimplici ſcientiâ, ſed ipſo effectu, ipſo experimento didicerat de myſteriis Ieſu Chriſti.* Non qualicunque notitiâ de myſteriis ad Incarnationem Verbi ſpectantibus inſtructa erat, ſed cognitione clarâ, cognitione euidenti, cognitione experimentali ei non abſimili, inquit S. Athanaſius, quam habemus de anima; ſiquidem per effectus aliquos, quos Virgo ſanctiſſima in ſe experiebatur, tametſi reuelatâ facie Verbum Diuinum non intueretur, in euidentem eiusdem Verbi deueniebat notitiam, & hi effectus erant illuminationis, & illuſtrationis cœleſtium affectuum, gaudii, ac ineffabilium conſolationum, quas in anima ſua profundiſſima ſuſcipiebat humilitate. Præterea experiebatur in ſe nonnullas operationes miraculoſas, quæ euidenter indicabant præſentiam Verbi in vtero ſuo Virginali, vt, quod

*Anſel. loc. cit.*
*S. Athan. ſerm. de B. V.*

erat Mater & Virgo, grauida ſine grauedine,
riens ſine dolore, vt etiam fuit inſtantanea
animatio Corporis Chriſti, obſequium Ange
corundemque adoratio ſibi tanquam Reginæ
præſertim verò plenitudo gratiarum, quam
Conceptionis ſuæ eidem communicauerat Fili
que experimentalis hæc ſcientia à B. Virgine
cludebat, quia non erat immediatè circa Verb
eſt fides; ſed circa aliquos duntaxat effectu
præſentiæ Verbi, quæ dictam ſcientiam non
tam, quantùm fides, efficiunt.

Ad hanc experimentalem ſcientiam pertinet
aliud quoddam eminentisſimum & ſingula
priuilegium B. Virginis, & erat, quod nonnu
Diuinam reuelationem ſecreta cordis Filii cog
vti expreſſè id affirmat Euſebius Niſſenus dic
*Spiritu ſancto repleta ipſas Filii ſui cogitatione*
*bat*, idque probat ex facto, quod contigit in
Cana Galilææ, ubi *quod ille facere diſponebat*
*ceret, admonebat, dicens: vinum non habent*
*quodcunq; dixerit vobis, facite.*

*Euſeb. Niſſ. Hom. in Dom. ſecundam poſt Eph. & Dom. 1. poſt Nat.*

## VI.

### *Illuminata per viſionem beatam in*

Ita affirmant SS. Patres, S. Bernardus: *Datum*
*cui datum eſt experiri.* S. Bernardinus: *In prima*
*ficatione in lumine ſuo vidit lumen*; videlicet,
gloriæ Regem gloriæ. Gerſon, vtrbunc
tandi modum reprobat: *potuit dare fruit*
*tri ſuæ, ergò dedit*; ita approbat hunc alium
*& decuit facere fruitionem, ergò dedit.* Ide
mat Sanct. Antoninus: *In conceptione Chri*
*Diuinam Eſſentiam, quam in ſe receperat,*
Petrus Damianus in Natiuitate Chriſti in
*ſubſtantiâ defixit obtutum.* Eodem tempore,
git Sanct. Cyprianus *intùs & extrà Chriſti*
*fruebatur.* Denique Sanct. Hieronymus
de vita, quam in templo duxit ſanctiſſima Virgo

*S. Bern. to. 2. ſerm. 51. ar. 1. c. 2. S. Anton. 4 p. tit. 15. c. 17. Alber. de B. V. c. 32. Gerſ. ſup. Magn. Pet. Dam. ſerm. 1. de Nat. & ſer. de Aſſump.*

prorumpit verba: *Quotidiè ab Angelis frequentabatur, & Diuinâ fruitione fruebatur.* Ipſamet Virgo hoc idem reuelaſſe videtur S. Brigittæ, quando dixit ei, quod in conceptione ſuâ ineffabili dulcedine repleta fuerit, quæ facili negotio de Viſione beatâ intelligi poteſt. Ratio, cur hoc priuilegium B. Virgini concedendum ſit, eſt, quia conueniens & decens eſt, vt Mater cognoſcat Filium ſuum, & quidquid eſt Filii, cum ſit partus ſuus, ſuorumque viſcerum fructus; cùm igitur Chriſtus ſit filius Mariæ Virginis, neque filius duntaxat homo eſt; ſed etiam Deus, conueniens erat, vt Chriſtus eſſet notus B. Virgini & vt homo, & vt Deus, & ſecundum humanitatem & Diuinitatem ſimul.

*S. Hieron. Epiſ. de Nat. B. V. t. 9.*
*S. Bern ſuper Miſſus eſt.*
*Carthuſ. de B V. lib. 3. a. 1.*
*S. Brigitt. lib. reuel.*

Et huius quoque opinionis videtur fuiſſe S. Bernardus, quando dicebat: *Datum eſt noſſe, cui datum eſt experiri, & quia notum Patri eſt, notum ſit & Matri.* Maius eſt habere experientiam Dei per viam Maternitatis, quàm per viam cognitionis, & conueniens ac congruum eſt, vt cum experientia naturæ vniatur euidentia cognitionis, & quemadmodum, quia eſt Filius Patris, notus eſt Patri, ita, quia eſt Filius Matris, ſit quoque notus Matri. Præterea ſi iuxta probabilem quorundam Doctorum ſententiam nonnullis aliis ſanctitate conſpicuis conceſſa eſt hæc gratia, candem & perfectiori & frequentiorique modo Sanctorum Reginæ conceſſam fuiſſe negari handquaquam poteſt, præſertim in quibuſdam principalioribus vitæ Chriſti myſteriis, puta, in Conceptione Chriſti, Natiuitate & Reſurrectione. Neque dici poteſt, hoc donum non conducere ad propriam ſanctitatem; ſed eſſe tantummodò gratiam quandem gratis datam, ac proindè non competere B. Virgini; enimuerò viſio illa Dei, eſto fiat per modum tranſitus, accendit animam in ardentiſſimum amorem Dei, non eo duntaxat, quo durat illa viſio, ſed etiam ſubſequenti tempore, dùm mediante illius recordatione animam excitat ad eundem amorem, & ad perfectiſſimam quandam vnionem cum Deo. Subiungit Carthuſianus, quod virtute huius doni habitus fidei

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*fidei ineffabilem clarificationem & certificationem*
*uat, ita vt de fide ambigi non poſſit* ; & ſi mediant
ſapientiæ adeò perficitur fides, vt, tametſi propter
tormentorum *negaret aliis fidem exteriùs, tamen*
*de negare non poſſet* ; quantò magis per viſionem
communicatam in hac vita *per modum tranſeunt*
citur habitus fidei, & per conſequens etiam habitus
ritatis aliarumque virtutum ; ergò hoc priuilegium
ad aliorum duntaxat, verùm etiam ad propriam
vtilitatem & ſanctitatem.

## VII.

### *Illuminata & non ab alio Magiſtro, quà ſanctiſſima Trinitate.*

*S.Hieron.* Quia, vt aſſerit S. Hieronymus, *Conuerſabatur*
*ſerm. de* *Senatoribus cœli intra Curiam Paradiſi ſub ſancta*
*Aſſumpt.* *diſciplina & magiſterio totius Trinitatis* ; ſed par
ri modo à proprio ſuo filio illuminata fuit circa
militāris pariter & triumphantis Eccleſiæ, qu
eaq; occulta ipſi reuelauit & aperuit myſteria de
mētis, de Sacrificio miſſæ, vti & myſteriũ redem
*Carthuſ.* noſtræ & alia hiſcè ſimilia. Inſuper, vt teſtantur
*lib.2. de B.* & Carthuſianus, Chriſtus aperuit & oſtēdit ſuæ
*V. a.22.* brum vitæ, in quo vidit, legitque nomina ac
*Albert. ib.* prædeſtinatorum, præſertim verò propriam
tionem, & omnia quæ toto vitæ ſuæ decurſu
ſura erant. Et ſi Chriſtus D.N. vtpote veritas
ſter, omnibus paſſim loquebatur de vita æterna
dibili cum auſcultantium conſolatione, quanto
ſuæ perdilectæ Matri eiusque Sponſo Ioſepho
charitatis officium priuatim exhiberet, oportebat
*Apud Car-* ipſamet Virgo reuelauit S. Brigittæ hiſcè verbis
*thuſ.lib. 2.* *meus loquebatur mihi & Ioſeph ſeparatim verba*
*a.14.* *toria, & verba Deitatis, ita, vt incredibili gaudio*
*repleremur.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VIII.

### *Et tota illuminata abſque ignorantiæ tenebris.*

Quia libera extitit ab omni peccati fomite, ergò & ab omni potentiarum deordinatione, ac proinde ab omni errore intellectus, ſicuti ab omni prauo voluntatis affectu; ergò in rebus dubiis & incertis, eo modo quo faciunt Angeli, determinatè non affirmabat, nec negabat; ſed aut judicium ſuſpendebat, aut per viam veriſimilis vel probabilis ſolùm præcedebat; ergò in ſanctiſſima Virgine non fuit ignorantia erroris, nè quidem ignorantia, vt vocant, priuatiua, quæ eſt priuatio ſcientiæ debitæ ac conuenientis proprio ſtatui, qui omnia, quæ ad eam, vt ad Matrem Dei, & vt ad vniverſalem Eccleſiæ Matrem, totiusque vniuerſi Reginam ſpectabant, nouerat.

Albertus Magnus, declarando hoc idem perfectiſſimæ cognitionis Virginis priuilegium, abſolutè & abſque ulla diſtinctione reſpondet dicens: *Beata Virgo nullius rei habuit ignorantiam*; hoc tamen intelligendum eſt in ſenſu ſuprà expoſito, quod, nimirùm, non habuerit defectum cognitionis ad proprium ſtatum ſpectantis. *Apud Carthuſ. lib. 2. a. 28.*

## IX.

### *Illuminatrix Eccleſiæ.*

Vndè à S. Antonino ſanctiſſima Virgo appellatur *Magiſtra Apoſtolorum & Evangeliſtarum, & de multis myſteriis informabat Apoſtolos & Evangeliſtas*, vt ritè & ſine errore exercere potuerint Apoſtolicum ſuum officium & miniſterium. *S. Anton. 4. p. tit. 15. c. 22. §. 5.*

## X.

### *Illuminatrix Angelorum.*

Quia ſecundùm ordinem Hierarchicum primi Seraphim illuminationes ſuas recipiunt per influxum Beatiſſimæ Virginis. *S. Dionyſius.*

## Octauum Priuilegium.

# AMOR MARIÆ.

I. In materia nobilis.
II. In forma cognoſcibilis.
III. In quantitate magnus
IV. In virtute inextinguibilis.
V. In pondere ſtabilis.
VI. Summus in natura.
VII. Immenſus in gratia.
VIII. Maximus in conuerſatione.
IX. Cauſa mortis ſed beata.
X. Neq; etiam morte interruptus.

## Declaratio.

### I.

### *In Materia ſtabilis.*

HÆc eſt prima conditio beatifici & ſeraphi
S. Thom. ris, iuxta S. Thomam, nimirum, vt ſit m
opuſc. 61. nobilis: etenim nonniſi Deum pro obiecto for
art. 48. aliud quicquàm reſpicit extra Deum; eandem
S. Idelphöſ. nem, & quidem cum exceſſu infinito ſibi vend
de Aſſump. Virginis, quia, *veluti ignis ferrum, Spiritus*
*tam decoxit, incanduit, igniuit, ita, vt ſola Spo*
*flamma videatur, nec ſentiatur alia, niſi tan*
*amoris Dei.*

### II.

### *In forma cognoſcibilis.*

Hæc eſt ſecunda amoris Seraphinorum pr

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſecundum priuilegium amoris Virginis; ſiquidem nō comprehendebatur ſub illa vniuerſali regula: *Nemo ſcit, vtrùm odio vel amore dignus ſit*, cogeoſcebat namque ſe eſſe in gratia & charitate Dei conſtitutam, non per viam coniecturæ & cognitionis probabilis tantùm; ſed per certam euidentemque ſcientiam, vti ſuprà dictum fuit, ratione priuilegii ſcientiæ ſupernaturalis infuſæ. Qua de cauſa ab Ildenphonſo charitas Virginis vocatur *flamma viſibilis*, nempe viſibilis ab ipſa Virgine. *S. Ildephōſ. loc. cit.*

## III.

## *In quantitate magnus.*

Quia *Cherub dat & menſurat ignem*, amor correſpondet cognitioni Seraphinorum, & quia horum cognitio eſt in altiſſimo gradu, in eodem conſtituta eorum charitas: & amor Virginis hoc alio gaudebit priuilegio, quod ſit *in quantitate* non ſolùm *magnus*, ſed *maximus*, ſummæ & immenſæ cognitioni proportionatus. *Ezech. c. 10.*

## IV.

## *In virtute inextinguibilis.*

Amor beatificus in cœlo neque per defectum materiæ, neque propter coniunctionem aut concurrentiam contrariorum deficere poteſt, ſemper namque laudando Deum occupati ſunt & remoti ab omni peccato: Huiuſmodi erat ardens Virginis charitas, in virtute inextinguibilis, quia nunquàm à continua laude & gloriâ Dei ceſſabat, neque vlli vnquàm defectui aut culpæ etiam minimæ indulgebat aditum; in aliis econtrà notat S. Thomas, quod *Charitas frequenter extinguitur, nunc penuriâ lignorum, nunc inundantiâ aquarum, cùm vel deſunt neceſſaria, vel aſſumuntur contraria.* *S. Thom. lo. cit.*

## V.

### *In pondere ſtabilis.*

Amor Dei in patria *eſt in pondere ſtabilis*, quia … inhæret centro, quemadmodùm ignis propria … Verùm tametſi amor Virginis ſit ſtabilis, vt … Beatorum, ex eo quod diminui nequeat; … bilis non eſt & firmus in eo, quod Beatorum … ſtat creſcere & augeri non poſſit; vndè Amor … iſtum excedit, quia cum impeccabilitate ſeu … peccandi, de qua ſuprà, habebat virtutem, … proficere poterat in merito; idque ex hac parte … ſtat firmus & ſtabilis.

## VI.

### *Summus in natura.*

Quia ſummo amore naturali diligebat Chri… ſi in hoc amore quo Matres amant prolem ſuam … inuenitur exceſſus, quando per nimiam crea… ſionem ſeparat à Chriſto; in B. Virginis amore … huiuſmodi haud poterat committi exceſſus, … amor ille ſanctiſſimam Virginem magis magiſque … ſto ſemper vniebat, & idem ille, quem ipſa … um naturali proſequebatur amore, ſimul … Prætereà ſubdit S. Bernardinus aliam quandam … gatiuam naturalis huius amoris Virginis, … 

*S. Bern. tom. 3. de glorioſo nom. Mariæ art. 1. c. 3.*

quod *Chriſtus, vt homo, totus fuit de ſubſtantia* … vbi reliqui omnes filii generantur quoque de … Patris.

## VII.

### *Immenſus in gratia.*

Et hic amor, vtpotè fundatus in gratia, longè … eſt præcedente fundato in natura, idque … rium Sanctorum (inter quos præcipuus Patriarch…

ham) qui proprios morti conſecrarunt filios ſolo amore Dei ducti, clarum & manifeſtum eſt. Et hac ſupernaturali charitate Virgo inſtructa Chriſtum reſpiciebat quinque modis: primò vt Deum ſummum bonum, & in ſeipſo infinitum, infinitum in ſua eſſentia, & in omnibus ſuis attributis & perfectionibus.

Secundò, tanquam hominem, ſecundùm perfectiones ſupernaturales gratiarum, virtutum & vnionis perſonalis, quibus ſanctiſſima Chriſti anima dotata erat.

Tertiò, tanquam benefactorem, à quo & receperat beneficia vniuerſalia creationis, redemptionis &c. & particularia ſibi ſpecialiter conceſſa, vti fuêre tot ac tanta Virginis priuilegia, maximè verò donum & beneficium illud Maternitatis.

Quartò, tanquàm proprium filium, & hunc vnicum, & ſine Patre in terris natum: *vndè vtrumq; amorem illi præſtabat*, vt Mater, ſimulac vt Pater, neque hunc amorem ſuum cum aliis diuidebat filiis, & in hac conſideratione recognoſcebat quidem ſe vt innumeris à Chriſto ditatam beneficiis; id tamen non obſtabat, quo minùs certo quodammodo appellari & cenſeri poterat tanquam benefactrix Chriſti, cùm vt Mater Chriſto ſuppeditârit eſſe creatum & humanum: *Et hoc eſt ſtupendum miraculum, & inauditæ altitudinis faſtigium, vt à muliere Dei filius quodammodò recognoſcere videatur ſuum eſſe humanum.* — *S. Anſelm. de B.V. c. 4.* — *S. Bern. to. 3. ſerm. 11. a. 2. c. 2.*

Quintò & vltimò amabat Deum tanquàm vltimum ſuum finem ſupernaturalem, quia *anhelabat ad facialem eius intuitum, ad immediatam & intimam vnionem, ad beatificam viſionem.* — *Carthuſ. ſerm. 1. de Aſſumpt.*

## VIII.

### *Maximus in conuerſatione.*

Vltra amorem naturalem & ſupernaturalem conſiderat S. Antoninus tertium acquiſitum, nempè amorem conuerſatiuum B. Virginis cum Chriſto qui ſemper accreuit propter innumerabiles quaſi actus, continuasque operationes Chriſtum inter & ſanctiſſimam Virginem exer- — *S. Anton. p. 4. tit. 25. c. 21.* — *S. Anſelm. de B.V. c. 4.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exercitas, quando ſimul conuerſabantur, loque[illegible]
comedebant, quando Virgo Mater ſubblandi[illegible]
puerulo IESU, cum tenebat, amplexabatur, [illegible]
ſtringebat, & in mutuo iſto contactu, quando [illegible]
aut tangebat Chriſtum, aut Chriſtus caſtiſſimam [illegible]
nem, in magna abundantia & copia communica[illegible]
ſanctiſſimæ Matri augmentum gratiæ.

## IX.

### *Cauſa mortis ſed beata.*

Quemadmodùm Virgo ſacratiſſima non obiit [illegible]
pter pœnam peccati; ita in morte ſua haud ſ[illegible]
fuit infirmitati aut cuiuis alteri dolori. Mortua [illegible]
eſt primò ex obedientia Dei, *& iubente Domino*, [illegible]
uti dicitur de Moyſe; ſed melius, vti de Chriſto [illegible]
Sanct. Cyprianus, obiit ex voluntate & præcepti[illegible]
*S.Cypr. ſuper iſta verba Inclinato capite.*
ttis, *& non reſpondit verbis ſe obedire, ſed inclina[illegible]*
*put & tradidit Spiritum.* Secundò mortua eſt pr[illegible]
*re, ſine dolore*, conformiter loquitur Albertus, [illegible]
*Alb. Magn c.472.*
*tantum poteſt intendi inclinatio ſurſùm, quod ſ[illegible]*
*inclinatione deorſum, ſic mors; & cùm ſuſp[illegible]*
*S.Brig. lib. 6. reuel. c. 62.*
(ita loquitur B. Virgo S. Brigittæ in reuelatione [illegible]
*templatione & admiratione Diuinæ charitatis.* T[illegible]
demique mortua eſt in euidenti & clarâ Verbi viſi[illegible]
*Carthuſ. lib. 4. a. 3.*
in gaudio beatifico *ad intuitum dilecti Filii ſui [illegible]*
*comparabili ſuauitate, & feruentiſſima delectatione [illegible]*
*rata anima eius ſine pœna à corpore*, quia ſi gaudium [illegible]
lætitia ex obiecto creato percepta, quando eſt in [illegible]
ſu efficit & cauſat mortem, vt in multis docuit exp[illegible]
tia: quid cauſabit *ſummum gaudium de ſommo bo[illegible]*
*Exod. 55.*
viſione clara Dei? *non videbit me homo, & viuet*, [illegible]
poteſt quiſpiam reuelatâ facie videre Diuinam Eſſ[illegible]
am, & conſeruare ſe in vita, quin moriatur, quia g[illegible]
um illud beatum, ſublato miraculo, quale fuit in C[illegible]
ſto, communicatur corpori, & dum comm[illegible]
catur corpori, reſoluit ac conſumit omnes [illegible]
tus vitales ad conſeruationem vitæ neceſſarios, [illegible]
dè ſuccedit mors, at fœlicitiſſima & beata: ita ali[illegible]

ante experti fuère nonnulli Sancti, in particulari vterque Franciſcus de Aſſiſio & Xauerius, qui ex dulcedine cæleſtis gaudiî omninò deficiebant, & ſi illa non ceſſaſſet, è vita corporis ſine dubio migraſſent: & ad alium quendam Sanctum, ne perſentiret mortis pœnas, Deus miſerat Prophetam Dauid pulſantem citharam ſuam, ad cuius ſuauiſſimum concentum ſancta illa omnia ſine agonia & dolore è corpore & terra euolauit ad cœlum; quod ſi huiuſmodi igitur gratias legimus conceſſas aliis Sanctis, quâ ratione ſimilem & cum infinito exceſſu & in perfectione maiorem denegare poſſumus Sanctorum Reginæ? Fuit igitur ſanctiſſima mors ſine aliquo timore aut dolore, ſine agonia, ſine turbatione & anguſtia, obiitque ex ſola obedientia & amore Dei, in viſione beata, Diuinaque & Filii, & Dei ſui fruitione.

## X.

### *Neque etiam morte interruptus.*

Adeò continuum & ſine vlla interruptione fuit exercitium amoris Dei in ſanctiſſima Virgine, vt non ſolùm non ob externis occupationibus; ſed neque etiam à ſomno impeditum & retardatum fuerit, & quod plus eſt, neque ab ipſamet morte; ſed aut eundem continuauit *Suarez.* amoris actum in vita & poſt mortem; aut ab amore vi- *diſp.21.* æ huius immediatè tranſiit ad amorem patriæ ſine me- *ſect.2.* dio & interruptione aliqua, & hæc amoris perfectio competebat ei, quæ Mater erat ſanctiſſimi amoris, *Ecleſ. 24.* *Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis & ſanctæ ſpei.*

## *Nonum Priuilegium.*

# DOMINIUM MARIÆ

I. *Regina & Domina Vniuerſi.*
II. *Regina Angelorum.*
III. *Regina à dextris Filii.*
IV. *Dominium æquale ſuæ regulatiſſimæ* [...] *tati.*
V. *Dominium ſine ſubiectione in* [...] *creaturam.*
VI. *Dominium ſine indigentia.*
VII. *Potentiſſimo in natura.*
VIII. *Potentiſſima in gratia.*
IX. *Potentiſſima in impetrando.*
X. *Potentiſſima in iudicando.*

## Declaratio.

### I.

### *Pegina & Domina vniuerſi.*

*S. Anton.* QVia, qui natus eſt ex Virgine Rex eſt, Domin[...] *us, propterea Mater, quæ eum genuit, & R*[...] *Domina, & Deipara propriè & verè cenſetur,* [...] de Domino per naturam & proprietatem, [...] lud Dei & Chriſti, qui creauit omnia, & eadem [...] lare poteſt; ſed de Dominio iuriſdictionis, [...] & excellentiæ intelligitur, & hoc ob varias rati[...] tulos competit ſanctiſſimæ Virgini.

*Damaſc. d. 2. S. Thomas ſuper ſolut. Angel.* Primò, *iure naturali*, quia omnis ratio natur[...] git, vt Mater, quæ *habet ius in filium, habeat* [...] *bona filii, decet Matrem ea, quæ filii ſunt, poſſi*[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Mater Domini Domina ; ergò iure materno naturali habet ius in filium, & in omnia bona filii.*

Secundò, *iure Diuino*, quia Deus ipſemet ei attribuit hunc titulum Reginæ & Dominæ, imponendo ei nomen hoc, *MARIA*, quod in lingua Syriacæ idem, quod *Domina*, ſignificat, & in ſacris litteris appellatur Regina : *Aſtitit Regina à dextris tuis.* *Pſal. 44.*

Tertio *iure Angelico*, quia ipſimet Angeli eam vt Reginam cum Rege ſuo Chriſto cõfitentur & adorant, eodemque Reginæ nomine condecorauêre, quando comparentes S. Gregorio cantârunt : *Regina cœli lætare Alleluia.*

Quartò, *iure Eccleſiaſtico*, etenim eundem titulum Reginæ ei attribuit Eccleſia, dum cantat antiphonam : *Salue Regina, &c.* & hanc aliam : *Aue Regina cœlorum &c.*

Quintò, *iure humano*, quia omnes Chriſti fideles tam hoc nomine nuncupant, inuocant & recognoſcunt pro Regina.

Sextò, *iure morali*, quia ratione ſuæ perfectionis & ſanctitatis, eſto etiam non eſſet Mater Dei, competit ei, vt ſit Domina totius Vniuerſi, vti aduertit & notat S. Bernard. dicens : *Propter ſuam perfectionem, etiamſi non fuiſſet Mater, non minùs debuiſſet eſſe Domina Mundi.* *S. Bern. to. 1. ſerm. 61.* *S Bern. l. c.*

Septimò, *iure hereditario, tùm iure conceptionis, quia concepit Dominum, & hæc ſucceſſio nunquam legitur reuocata, tùm etiam, quia ſucceſſit ad eius mortem, tùm nullus eſt alius, qui poſſit ſuccedere*, ac propterà voluit filius, *vt Mater Cruci aſtaret, tanquàm illius vniuerſalis heres, in qua ille deponeret vniuerſum ſanguinem ſuum, merita & gratiam, vt illa ea colligeret, & poſtea ſuis manibus ac interceſſione nobis diuideret.* *S. Anſelm. de B. V. c. 5.*

Prætereà competit B. Virgini dominium & monarchia vniuerſalis in omnes creaturas propter alios titulos. Primò, *titulo propriæ dignitatis*, quia dignitatem Maternitatis Dei, veluti proprietatem naturalem ſequitur dominium vniuerſale in omnes creaturas ; talis namque dignitas extollit ſanctiſſimam Virginem *ſupra conditionem creaturæ*, & ponit eam *in ſuperiori ordine Diuino*, vndè omnes res creatæ ei debent eſſe ſubiectæ. *S. Bern.*

Secundò, *titulo donationis & electionis*, quia
ter æternus ei donauerit Christum in filium,
*non cum illo omnia donauit?* & quia ipſam elig
trem ſui filii, per conſequens etiam eligit eam
ram omnium Reginam.

*ad Rom. 8.*

Tertiò, *titulo emptionis & reparationis*, quia
bis Christum vt pretium Mundi pro noſtra lib
morti eius aſſentiendo, & talis conſenſus
demptio noſtra ſuum haud ſordita fuiſſet effe
*conſentu ſtatim liberabitur.* Præterea, vt
mus, *Sicut Deus omnia creando Pater eſt & Do
mnium, ita B. Virgo ſuis meritis omnia repara
eſt & Domina rerum.*

*S. Bern. Hom 4. ſuper miſſus eſt.*
*Anſelm.*

## II.

### *Regina Angelorum.*

Omnes ei aſſiſtunt, non tanquàm custodes
niſtri & ſerui, veluti, aſſerit S. Bernard. hiſcè
*mnes Angelici Spiritus ſunt huius glorioſa Vir
ſtri atq; ſerui, & dicunt illud 4. Reg. Serui tu
quæcunque iuſſeris, faciemus.* Enimuerò Re
dignitati conuenit, vt iidem Angeli, qui Chr
unt, ſua etiam deferant obſequia Matri: capu
cipes ho um Angelorum Virgini miniſtrant
plurimi volunt Sanctorum, S. Michael & S. Ga
ſuper Virgo ſanctiſſima eſt etiam Regina D
idque ad maius ipſorum tormentum & cruci
ad eius iuſſa & mandata timent & tremunt,
ſanctiſſimi Nominis illius inuocationem
inſtar animarum deſerunt prædas, quas
uas tenebant, fugiunt, & ab ardenti Ch
flammâ ſe oburi perſentiunt: *Et non audent
dere, & ſtupent immunem à peccatis.*

*S. Bern. to. 3. de nom. Mariæ. to. 10. ſer. 3. a. 3 c. 3. f. 91.*
*Reg. 4.*
*S. Brigitt. lib. 1. c. 9. & lib. 6. c. 21.*
*S. Bern. to. 3. ſer. 3 de nom Mariæ a. 3. c. 4.*

## III.

### *Regina à dextris Filii.*

Quemadmodùm enim gratia vnionis in Ch

conferebat ei quoddam ius & dominium naturale in quaſcunque creaturas, & quantum ad proprietatem, & quantum ad vſum, tametſi is in terra adhuc exiſtens vſu illo ſe priuârit ad noſtrum exemplum; ita dignitas Matris conferebat ei in omnes creaturas vniuerſale dominium & iuriſdictionis & excellentiæ, veluti dictum eſt ſupra, etſi ex humilitate & in exemplum noſtrum, quamdiu in terris degebat, vſu illius ſe abdicauerit; quapropter ſtare dicitur à dextris filii: *Aſtiſtit Regina, à dextris tuis*, videlicet, quod habeat dominium & poteſtatem ſimilem ei, quam habet Filius.

## V.

## *Dominium æquale ſeu regulatiſſimæ voluntati.*

*Quia Mater Dei es, habes concurrentem cum tua vo-* S. German.
*luntate potentiam.* Et *Chriſtus Mariæ* dixit, *quod olim* Conſtanti-
*Pharao, Geneſ. 4. abſq; tuo imperio non mouebit quiſquam* nopol.
*manum aut pedem in tota terra Ægypti.* Sufficit Virgi- Gen. 4.
nem velle, & ſubitò factum eſt: *Tu velis, & nequaquam* Anſelm. de
*fieri non poterit.* Quamobrem magno cum fundamento B. V. c. 12.
Gregorius Nicomed. *Virginem omnipotentem appellat,* Greg. Ni-
quia, quæcunque vult, poteſt, *quam ſic Deus exaltauit,* com.
*vt ei omnia ſecum poſſibile donauit.*
S. Anſelm.

## V.

## *Dominium ſine ſubiectione in ordine ad creaturam.*

Hæc eſt prærogatiua potentiæ Virginis admirabilis, & eſt prima potentia poſt Chriſtum, nec aliud Dominium creatum agnoſcit ſuperius: *Quomodo ſubiicietur cre-* S Bern. to.
*atura, quæ Mater effecta eſt Creatoris? imò Mater omnis* 3. ſerm 3. a.
*creaturæ effecta eſt Domina omnis* 1 fol. 87.
*creaturæ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VI.

### *Dominium ſine indigentia,*

S.Bern. l.c. Cuius rationem profert S. Bernardinus: *Qui-*
*tur ſupra dilectum ſuum, in quo eſt omnium co-*
*abundantia, omnium bonorum copia, & omnium*
S. Bona. in *tionum & ſuauitatum affluentia.* Et S. Bonau-
ſpec. c. 8. *Quia Dominus potentiſſimè tecum eſt, ideò & tu*
*tiſſima ſecum, potentiſſima es per ipſum, potentiſſ-*
*ipſum.*

## VII.

### *Potentiſſima in natura.*

Idque propter potentiam ac dominium p-
racula, *& ſecundum actum*, & ſecundum hab-
propter manifeſtationem fidei, & in confirma-
ius, quod erat Mater Dei, vt dictum eſt ſuprà;
Damaſc. Damaſceno appellatur *Miraculorum abyſſus,*
Orat. 2. de *rum officina*, eiusque rationem reddit Andreas
dormit. B. ſis, quia cuncta miracula fiunt aut ab ea,
V. & orat. 1 mediante, nimirùm, eius interceſſione: *Eſt*
de Nat. *raculorum effectrix, quæ quomodocunq; facta ſ-*
Andr. *unt.* Et quid mirum eſt, omnium m-
Cret. orat. ipſam exiſtere cauſam, ſi in ſeipſa, & in vita ſu-
2. de Aſ- ne ſuorum priuilegiorum ac prærogatiuarum
ſumpt. *culum omnium miraculorum, maximè nouum.*
D. Dama-
ſcen orat. 1
de Natiu.

## VIII.

### *Potentiſſima in gratia,*

Quia nulla ſalus, nec vlla ſalutis ſpes expe-
niſi mediante Mariæ Virginis interuentu &
S. Germa- *Non eſt, qui ſaluus fiat niſi per eam. Et fecit*
nus. *qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas*
S. Petrus *terra.* Propter potentisſimam eius inte-
Damian. Deus in cœlo gloriam, & in terris confert gra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[ſ]ungit Petrus Damianus, potentisſimam Virginem hanc oſtendere potentiam erga peccatores præſertim deſperatos: *Nihil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis releuare.* *Idem Pet. Dam ſer. de Nat.*

## IX.

### *Potentiſſima in impetrando.*

Quia ſola plùs poteſt, quàm omnes Sancti ſimul & vnitim; vndè ſi hoc idem, quod apud Danielem accidit, vbi vnus Angelus reſiſtabat alteri Angelo, occurrere poſſet, *potentior eſſet, maiorisq; efficacia* & valoris apud Deum, Virginis, quàm reliquorum Sanctorum omnium, oratio. *Suarez diſp. 23. ſect. 2.* In hac igitur collocanda eſt ſpes noſtra, quia *Abyſſus Abyſſum inuocat, id eſt, Mater Filium inuocat pro nobis.* *S Bonav. in ſpec. c. 5.*

## X.

### *Potentiſſima in iudicando.*

Quia cum Chriſto ſedebit in throno iudicii, veluti modò ei aſſiſtit à dextris in throno gloriæ, vt à toto Mundo recognoſcatur pro vera Matre Dei, & compenſetur confuſio illa, quam habuit, *quando ſtabat iuxta crucem Filii crucifixi.* Quod probat etiam Petrus Galatinus, quia in omnibus principalioribus vitæ ſuæ myſteriis Chriſtus comitem habuit Matrem, ergò etiam comitem eandem ſortietur in iudicando: *Venturus ſperatur ad iudicandum, ſed ad eius latus aſſiſtente Maria.* *Pet. Galat. opuſc. de immacul. concept. lib. 1. fol. 17.* Idque confirmat ex parabola Virginum, quæ in die iudicii *exibunt obuiam Sponſo & Sponſa, id eſt, Chriſto & Beata Virgini.* *Matt. c. 22.*

## Decimum Priuilegium.

# PULCHRITUDO MARI

I. Nobiliſsima propter naturam.
II. Digniſsima propter gratiam.
III. Diviniſsima propter fructum ventris
IV. Simillima pulchritudini Chriſti.
V. Eminentiſsima ſuper omnem pul[chritudi]nem.
VI. Pulchritudo cunctis proficua.
VII. Triumphatrix cordium.
VIII. Condecorat cœlum.
IX. Pulchrum ac nobile reddit Vniuerſum
X. Perfectiſsima idæa omnis pulchritudinis

## Declaratio.

### I.

### Nobiliſſima propter Naturam,

*Carthuſ. lib. 1. art. 34.*

QUia in Beatiſſimâ Virgine natura extrem[as] vires, vltimumque potentiæ ſuæ poſuit ter[minum] *Natura aliquando facit pulchrum, aliquando pu[lchrius,] aliquando,* vti in B. Virgine, *pulcherimum, quia ter[minum,] minum, in quem poteſt, & non vltrà.*

### II.

### Digniſsima propter gratiam.

## III.

### *Diuiniſſima propter fructum ventris ſui.*

*S. Bonav. tom. 2. ſpec. c. 14.*

Quia MARIA *eſt arbor pulcherrima in foliis oris* (quæ eſt pulchritudo naturæ) *pulchrior in floribus cordis* (quæ eſt pulchritudo gratiæ) *pulcherrima in pulcherrimo fructu ventris* (quæ eſt pulchritudo Diuinitatis) ac propterea iuxta Bonauenturam pulchritudo Mariæ Virginis ſimilis exiſtit pulchritudini Lunæ, *pulchra vt Luna*. Sicut enim pulchritudo Lunæ originem ſuam ducit à Sole, ita quoque pulchritudo Mariæ à Sole ſuum deducit ortum, *quia æternus Sol receptus & conceptus eſt in ipſa.*

*Idem ſpec. tom. 2. c. 11.*

## IV.

### *Simillima pulchritudini Chriſti.*

Etenim ad Diuinam ſpectabat Prouidentiam, vt materiam accommodaret fini; cùm igitur corpus puriſſimæ Virginis formaretur in talem finem, vt ex illo conciperetur Chriſtus pulcherrimus, Virginis corpus pulcherrimum quoq; eſſet, oportebat, & eandem veritatem patefecit Chriſtus loquens Matri: *Sicut ſemen quale eſt tales flores germinat, ſic membra mea conformia fuerunt membris tuis in forma & ſpecie.* *Galatinus.* *S. Brigitt. lib. 1. cap. 15.*

## V.

### *Eminentiſſima ſupra omnem pulchritudinem.*

Talem deprædicant SS. Patres, S Epiphanius: *Solo Deo excepto cunctis ſuperior exiſtit, formoſior Cherubim, & Seraphim, & omni exercitu Angelico.* Gregorius Nicomed. *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum, O Dei genitrix, pulchrorum omniũ ſummũ ornamentum* *Ex Gaud.*

*tum.* Ratio eſt, quia quemadmodum in Angeli ra proportionatur gratiæ: ita quoque in Mari ne; ergò ſicut in pulchritudine gratiæ B. Virgo alias ſuperauit gratias; ita quoque in pulchritud poralı cæteras omnes ſuperauit,

## VI.

### *Pulchritudo cunctis proficua.*

S. Tho. 3. d. 3. q. 1. a. 2. Gerſon to. 4. ſuper Magn.

*Quia intuētes ad caſtitatem excitabat aſpectu illâ*, ſolo vultus aſpectu vocisque ſono mitigaba guebatque omnem carnalem affectum, & prop tiarum abundantiam, & propter conuerſandi am, & propter ſplendorem vultus, & quia ſuam tudinem occultabat, quando peccatoribus hunc verò caſtitatis effectum cauſabat non tan *tuentibus*, ſed etiam *audientibus ſuauiſſimam* vt notat Gerſon.

## VII.

### *Triumphatrix cordium.*

Quia triumphauit de corde Dei, Angelorum minum; vndè orat S. Antoninus; *Specie tuâ & pulchritudine tuâ*, nempe, pulchritudine corporali ſpirituali animæ (*intende*) reſpiciendo noſtras *proſperè procede*) ab eis nos eripiendo tuis ora (*& regna*) ſuper nos in cœlo.

## VIII.

### *Condecorat cœlum.*

Totam namque gloriæ pulchritudinem, poſt ctam Chriſti Humanitatem, à ſola Virgine pro cognoſcunt Sancti in cœlis; vndè eam admira quàm prodigium gratiæ, tanquam gloriæ mira & veluti ſtuporem Paradiſi: & quemadmodum gratitudinis debitæque recognitionis *mittunt*

Apocal.

*ſuas ante thronum Agni*; ita quoque *mittunt ant Mariæ.*

## IX.

### *Pulchrum ac nobile reddit Vniuerſum.*

Primò propter Chriſtum, quia Chriſtus aſſumendo naturam humanam, quodammodò aſſumpſit etiam omnes creaturas, eas quaſi in ſeipſo Deificando. Secundò propter ſeipſam, quia *Maria creaturis conſtat omnibus*, eo ipſo, quo Deus pulcherrimum, quod eſt in creaturis, in Maria collocauit, ac propterea omnes in Maria nobilitantur, *& meliores ſunt in Maria, quàm in ſeipſis.* *Damaſc. orat. 1. de Deip.* *Aruald. Carthuſ.*

## X.

### *Perfectiſſima idæa omnis pulchritudinis.*

Quia *omnis creatura adunatur in Maria, vel formaliter, vel eminenter*; quapropter, cùm prodiit in hanc lucem, cunctis fuit veluti cœleſte admirationis prodigium, imò & ipſis Dei oculis, veluti ille ipſe id manifeſtauit hiſce verbis: *O quàm pulchra es amica mea*, vbi Rupertus, *O pulchritudo admirabilis, quam ſic admiratur & collaudat pulcherrimus Auctor pulchritudinis.* *Gerſon ſuper Magn. fol. 82.* *Cant. 4.* *Rupertus*

## *Vndecimum Priuilegium.*

# NOMEN MARIÆ.

I. *Altiſſimum in origine.*
II. *Diuiniſſimum in ſanctificatione.*
III. *Potentiſſimum in virtute.*
IV. *Glorioſiſſimum Deo.*
V. *Nomen digniſſimum reuerentiâ.*
VI. *Efficaciſſimum in inuocatione.*
VII. *Spes peccatorum.*

*VIII. Iubilum iuſtorum.*
*IX. Gaudium Angelorum.*
*X. Terror Dæmonum.*

# Declaratio.

## I.

### *Altiſſimum in origine.*

*S Hieron. tom. 9. Epiph. de Nat B. V. ep. 40. Idiota de B V. c. 5. Pet. Damian. Tom 2. ſerm. 11. de Annunciat.*

QUia fuit reuelatum à Deo, & ab Angelo ... tum Sancto Ioachimo: *Vxor tua pariet ...* *& vocabis nomen eius MARIAM*: vndè de ... Virgine, vt notat ſapientiſſimus Idiota, dici... *cabitur tibi nomen nouum, quod os Domini ...* imò ſecundùm Petrum Damianum, cùm ... mundi ſanctiſſima Trinitas conſilium quaſi ... Angelis circa totius mundi reparationem, ... *& mirabantur prægaudio, ex Theſauro Diuini...* *ria nomẽ deſumptum, & per ipſam & in ipſa, & ...* *cum ipſa totum hoc faciendum decernitur, & ...* *lo nihil factum eſt; ita ſine illa nihil refectum ...*

### *Diuiniſſimum in ſignification...*

*S. Anton. 4. p. tit. 15. c. 22.*

*S. Pet. Dam.*

Quia iuxta S. Ambroſium idem ſignificat, q... *ex genere meo*, de quo tametſi alii dubitent, ... men hoc S. Antoninus, quia prima littera ... huius in Hebræo idem ſignificat, quod ... *meis, id eſt, Deus, qui ignis eſt ex viſceribus ...* eſt ac *ex genere meo*. Et iuxta S. Petrum D... idem ſignificat hoc nomen, quod *Theotoc...* *ra*, idque ab Angelo reuelatum fuit ... quando hæc ſubiunxit: *& Virgo generabit ...* *Filium, qui Ieſus vocatur.*

## III.

### *Potentiſſimum in virtute.*

Quia deuotè inuocatum maximam habet virtutem & efficaciam à Deo impetrandi id, quod mediante illo poſtulatur, & quemadmodum de ſanctiſſimo nomine Ieſu dicitur: *IESV nomen auditum fugat noxios ſpiritus*, idem, iuxta ſuprà dicta, SS Patres affirmant de nomine Mariæ: *Mariæ nomen auditum fugat Dæmones*; & ſicut hoc ſanctiſſimum nomen terrorem incutit dæmonibus: ita lætificat conſolaturque corda iuſtorum, animum & vires addit peccatoribus, totamque cœli curiam gaudio & iubilo reficit & recreat. Quapropter, vt reuelatum fuerit S. Brigittæ: Beati illi ſpiritus nunquàm ſatiantur ceſſantque repetere hoc ſanctiſſimum nomen: & ſi particulari modo ſemper virtutis ſuæ oſtendit efficaciam eam, vt vult S. Bonauentura, manifeſtat præcipuè in articulo mortis: *glorioſum & admirabile eſt nomen tuum, qui illud retinent, non expaueſcunt in puncto mortis.*

*Arrobius*

*S. Bern. in pſal. B. V.*

## IV.

### *Glorioſiſſimum Deo.*

Quia eſt *nomen portans totius Deitatis gloriam*, cunctisque tribuens honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, repræſentando merita eius, quæ eſt Mater Dei, & multò magis magis merita Chriſti: etenim hoc nomen operatiuum eſt, non propter exteriorem vocis ſonum, ſed propter vocis illius ſignificatum.

*S. Chryſol. Serm. 142.*

## V.

### *Nomen digniſſimum reuerentiâ.*

Quia eſt nomen *Tetragramaton*, veluti nomen Dei & Ieſu. Quamobrē Angelus, annunciando Virgini Incarnationē Verbi, nō fuit auſus eā proprio appellare nomine, ſed illud circūſcripſit dicendo: *Gratia plena*: Hoc idē

pro-

propter reuerentiam huic nomini debitam Gera
piſcopus obſeruari volebat in Hungaria, vt, vide
*Surius 24. Februar.* Virginem loco *Mariæ* appellarent *Dominam*, &
nunquam proprio eam nomine contingeret app
inuocari, id nonniſi detecto capite flexoque ten
plice.

## VI.

## *Efficaciſsimum in inuocatione.*

*S. Anſelm. de B.V.* Adeò, *vt inuocatione eius nominis nonnunquam*
*cior ſit noſtra ſalus, quàm inuocatione nominis IESV*
namque placet Filio propriam honorare Matrem.

## VII.

## *Spes peccatorum.*

*S. Auguſt.* *Tu es ſpes vnica peccatorum*, exclamat S. Aug
alloquendo B. Virginem, *quia per te ſperamus*
*omnium delictorum, & in te noſtrorum eſt*
*Idiota to. 10. de B. V. c. 5. BB. 95.* *præmiorum*, cùm huius ſanctiſſimi ac dulciſſim
tanta ſis vis & efficacia, *vt mirabiliter emolliat*
*tret duritiam cordis humani.*

## VIII.

## *Iubilum iuſtorum.*

Variæ ſanctiſſimi huius nominis ſunt inter
nes, & omnes vergunt in conſolationem iuſtor
mò idem ſignificat, quod illuminata & illum
nos in vita virtutis ſuo illuminat exemplo, &
Albertum Magnum, *illuminat in dubiis, ducit*
*Super miſſus eſt.* *compungit in illecebris.* Secundò idem nomen
*la maris, vel ſtella poli*, quia inter mundi huius
tes ad gloriæ portum nos deducit: q
*Tom. 3. de nom. Mariæ ſerm. 2.* hanc ſtellam, ait S. Bernardinus, *non inſ*
*gloria vento, nec frangetur ſcopulis adverſorum*
*bebitur ſcyllæ voragine voluptatum; ſed proper*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*portum quietis æternæ.* Tertiò indicat idem, quod Deus ex genere meo, quod idem eſt ac *Deipara, Verbigena, generans Verbum.* Quartò hoc idem, quod *imitatrix Dei*, in eadem generatione, denotat. Quintò idem etiam, quod *exaltata, mare amarum, Domina ſpes*, ſignificat. Ex dictis eruitur, quàm falſa & impia ſit hæreticorum quorundam etymologia, qui hunc titulum *ſtella maris*, quem Eccleſia vſurpat ad honorandam Virginem Mariam, peruertunt, & ad eandem virginem maiori ludibrio exponendam legunt *ſtella maris*.

## IX.

## *Gaudium Angelorum.*

*Nomen MARIÆ tanta virtutis eſt, vt ad eius inuocationem cœlum rideat, Angeli congaudeant*; quod idem affirmat S. Brigitta in ſuis reuelationibus, cùm ait; *Ad inuocationem nominis MARIÆ gaudent Angeli in cœlo.*

*Sapientiſſimus Idiota.*

*S. Brig. lib. 1. cap. 9.*

## X.

## *Terror Dæmonum.*

Quia ſanctiſſima Virgo eſt Aurora, Luna, Sol, & Exercitus inſtar armatorum hominum: *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, eſt Aurora reſpectu principiantium, Luna reſpectu proficientium, Sol reſpectu perfectorum; at inſtar armati exercitus terribilis eſt reſpectu Dæmonum.

*Cant. 6.*

*S. Bern. to. 3. de nom. Mariæ ſer. 3. art. 3.*

*Duo-*

## *Duodecimum Priuilegium.*

# COMPASSIO MARI[Æ]

I. *Summa ab exordio Conceptionis ſuæ.*
II. *Summa per totius vitæ decurſum.*
III. *Mariæ ſpeculum patientiæ.*
IV. *Regina Martyrum.*
V. *Sine ſpaſmo cum ſpaſmo.*
VI. *Stabilis in Diuina Voluntate.*
VII. *Dolor cum gaudio.*
VIII. *Redundans à Chriſto.*
IX. *Redundans in Chriſtum.*
X. *Redimens cum Chriſto.*

## Declaratio.

### I.

### *Summa ab exordio Conceptionis ſ[uæ]*

QUia à primo conceptionis ſuæ inſtanti [...] futuram Chriſti Paſſionem pro redemptione [ge]neris humani, cui & cum qua æterno ſeſe ob[tulit] ſummo cum Amoris incendio; vndè cum Rupe[rto] (*Rupert. in Cant.*) bate dicere poſſumus Virgini: *Tu quoque lon[ge] [co]gitationibus tuis præſcia futuræ Paſſionis Filii [Chri]ſti martyrium.* Et hoc vnum fuit inter eximia [...] Virgininis priuilegia, iuxta Albertum, quod [...] (*Alb. Mag. de B. V. c. 187.*) donauerit communicatione Paſſionis filii ſui, [...] ſecundùm eundem, duo requiruntur, *& fides* [...] *Chriſtum Crucifixum, ſcilicet, Deum & hominem* [...] (*Carthuſ. lib. 3. de B. V. a. 25.*) *ſe paſſio ex compaſſione patientis;* quod ſi opp[...] *paſſio non importat commodum, ſed tormentum* [...]

*eſt priuilegium.* Reſpondet Albertus, quod *importat* Alb. l. cit.
*omne bonum & gaudium*, iuxta Diuinum Oraculum: *Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tribulationes incideritis*; ergò Pater miſericordiæ *ſoli Mari miſericordiæ opus ſummæ miſericordiæ, id eſt, paſſionem in modo, ſcilicet, excellentiſſimo communicauit.*

## II.

## *Summa per totum vitæ ſuæ decurſum.*

Quia ſicuti ab illo conceptionis ſuæ momento incepit & toto vitæ ſuæ tempore ad mortem vſque continuauit cognitionem & amorem Chriſti Crucifixi; ita quoque compaſſio, & in particulari hoc mare doloris in conceptione Chriſti accreuit pari menſura, quâ creuit amor; vndè dixit S. Bernardinus, quod illo temporis S. Bern. to.
puncto *crucifixa crucifixum concepit.* Quapropter ſum- 3 ſerm. 6. a.
macum ſapientiâ Diuina ordinauit Prouidentia, vt 2. c. 1.
Chriſtus eodem, quo fuit crucifixus, conciperetur die.

## III.

## *Maria ſpeculum patientiæ.*

Quemadmodum virtutum omnium, ita & patientiæ extitit exemplar & ſpeculum, veluti ipſamet S. Brigittæ S Brig. lib.
reuelauit: *vt viſâ patientiâ meâ & moribus, plures con-* 6. reuel.
*uerterentur: Apoſtoli corroborarentur, & Corona mea magis augeretur.*

## VI.

## *Regina Martyrum.*

Quia ſicut plùs *omnibus dilexit, ita præ omnibus doluit & ſicut amor fuit infinitus, ita & dolor*: inſuper ait Sophron.
S. Bernardinus: *Si talis dolor diuideretur inter omnes crea-* ſerm de
*turas mundi vitales, caderent mortua.* Aſſumpt.
Præterea aliæ adſunt differentiæ dolorem Virginis S. Bern. to.
interaliorumque Martyrum; Virgo patiebatur in ani- 4 ſerm 45.
ma, ac ſ. 241.

mâ, ac talis paſſio & tormentum vocatur à S. Ber-
no *Martyrium cordis.* Secundò patiebatur in Ch-
quem plùs ſeipſâ amabat. Tertiò, Charitas Ch-
quo patiebatur, augebat dolorem; verùm alii
res primò patiebantur in corpore & non in anim-
cùndò patiebantur in ſeipſis, & minus ſeipſis am-
Chriſtum, imò potiùs odio ſe habebant; vnde
tas Charitas Chriſti, pro quo patiebantur, dimi-
eorum dolorem.

## V.

### *Sine ſpaſmo cum ſpaſmo.*

Quia cum dolore ſpaſmi, at ſine ſpaſmi imperi-
ne, nempè, ſine perturbatione & detectu ratio-
batur Virgo, *quia gratius erat Deo, quod*
Caiet. opuſ. de ſpaſmo B.V. *compareretur ei ſecundùm rationem, quàm ſecund-
tem ſenſitiuam, quia illa pars eſt nobilior, & p-
vitoria, & per ſe grata.*

## VI.

### *Stabilis in Diuina Voluntate.*

*Stabat* enim *iuxta crucem primò fide eleua-
Diuinitatem*. Secundò *peccato impatientiæ*
S. Antonin p. 4. tit. 15. c. 41. §. 1. *ta: tertiò Diuina voluntati conformata, & ſi D-
ſet, ipſa crucifixiſſet.*

## VII.

### *Dolor cum gaudio.*

*Sicut Chriſtus Dominus habuit ſummum g-*
Carthuſ. lib. 3. a. 25. *& ſummum dolorem ſimul; ita ſanctiſſima Virg-*
Alenſ. 3. p. q. 16. *ſimul dolorem compaſſionis, & gaudium congra-*
Belpar. p. 2 a. 1. Enimuerò conſiderabat ac contemplabatur
Filii, non vt læſiuam duntaxat eiuſdem Filii
etiam, vt redemptiuam Mundi, & glorifica-

Vnde S. Epiphanius ita de B. Virgine ſermocinatur: *Dicitillam eſſe cœlum & crucem, quia cum ſumma contemplatione ſummam etiam mortificationem vniebat.* Et hoc idem confirmat S. Methildis in reuelatione quadam ab Angelo recepta: *Sanctiſſima Virgo in morte Filii ſui fuit immobilis & gaudens;* Quamvis alii nô deſint Authores, qui, vt refert idem Carthuſianus, contrarium ſentiunt, aſſerentes, Virginem in Paſſione Filii ſui purum quendam elegiſſe dolorem, nec ullum cogitationi aut effectui gaudii dediſſe locum propter Paſſionis fructum.

*S. Epiph. ſerm. de B. V.*

*S. Methild. lib. 1. reuel. c. 56.*

## VIII.

### *Redundans à Chriſto.*

## IX.

### *Redundans in Chriſtum.*

*Quia totus dolor Virginis Mariæ reuerberabat in Chriſto, & è contra,* Chriſtus & Maria erant duo terſiſsima ſpecula, ſicque alter alterius totum in ſe repræſentabat dolorem, vt vult S. Gregorius: erant veluti duæ perfectiſſimæ cytharæ idem proportioni coopratæ, quarum vnà alteri communicat tonum & ſonum, imò, vt notat S. Bernardus & S. Bernardinus, quilibet plùs de altero, quàm de ſeipſo, dolebat; *Stabam & ego videns eum, & ipſe me* (inquit ſanctisſima Virgo) *& plùs dolebat de me, quàm de ſe,* & è contra Virgo *plùs de Chriſto, quàm de ſe,* adeò, vt Chriſtus plus doluerit de Matre, quàm de ſe, & Mater plùs de Chriſto, quàm de ſeipſa.

*S. Bern. to. 4. ſerm. 45. fol. 241.*

*S. Greg. lib. 1. moral. c. 5*

*S. Bernardus de lamentat. B. V. S. Bernardin. loc. cit.*

## X.

### *Redimens cum Chriſto.*

Quia dolor eius & conſenſus in Paſſionem Filii, tanquam cauſa ſecundaria, concurrerunt ad redemptionem noſtram; vnde S. Chryſoſtomus ait: *In paſſione Chriſti duo videbantur altaria: alterum in pectore Mariæ: alterum*

*S. Chryſoſt. ſer. de paſſ.*

Belp. de B. V. lib. 12. p. 1. ar. 2 fol. 120.

*in corpore Chriſti, Chriſtus pro nobis carnem, & ...nem, MARIA animam immolabat.* Neque hic ... cum morte Chriſti finem accepit: etenim præ... militi lanceâ perforanti Chriſti pectus, quæ per... *fuit tantùm ſenſibilis in corde Mariæ, quantùm ... Chriſto corporaliter, ſi vixiſſet; undè præ nimio dolore ... illicò obiiſſe credendum eſt, niſi Diuino miraculo ... præſeruata*, & quia Chriſtus ſentire haud potera... rem vulneris, voluit tali priuilegio honore ... ſuam.

## *Decimum tertium Priuilegium.*

# EMINENTIA MARIÆ.

I. *Eminentiſſima in perfectionibus creatis.*
II. *Digna forma Dei.*
III. *Exemplar Chriſti.*
IV. *Exaltatio perſonæ creatæ.*
V. *Compendium Vniuerſi.*
VI. *Vltima perfectio mundi.*
VII. *Perfecta gloria Dei.*
VIII. *Primogenita Chriſti in redemptione.*
IX. *Mare omnis creatæ perfectionis ... dans.*
X. *Omnis laus Mariæ Virgini ſilentium ...*

## Declaratio.

### I.

### *Eminentiſſima in perfectionibus creatis.*

Gerſon tom 3. de Nat. & 4. ſuper Magnif.

QUia iuxta doctrinam S. Dionyſii ordo Hier... cus id poſtulat, *ut inferiores perfectiones ... rioribus, & cum excellentia, vis igitur breui ...*

*Mariæ Beatitudinem tibi notam fieri, omnem perfectionem creatam, exceptâ, quæ eſt vnita Diuinitati, vt eſt humanitas Chriſti, tribue illi formaliter, vel eminenter*; exempli gratiâ, amor Seraphinorum, cognitio Cherubinorum, Thronorum poteſtas Virgini attribuenda eſt, & cum excellentiâ abſque comparatione maiori, ſicque diſcurres de cæteris perfectionibus creatis.

## II.

## *Digna forma Dei.*

*Si te formam Dei appellem, digna exiſtis*, quia ſanctiſſima Virgo fuit quædam veluti Idæa Dei, primò in creatione, *cum eo eram cuncta componens*, vbi Deus ab oculos ſibi poſitam habuit Virginem, tanquàm ſecundum poſt Verbum exemplar. Secundò in ſanctificatione, *in me omnis ſpes vitæ & virtutis*, quia eius interuentu contulit nobis ſanctificationem. Tertiò in Incarnatione, quia Deus ſacram Chriſti humanitatem Virgini Matri ſimilem formauit.

*S. Aug. 10. 10. ſerm. de Aſſumpt. qui eſt ſer. 83. in appendice.*
*Ezech. 24.*

## III.

## *Exemplar Chriſti.*

Quia Chriſtus & MARIA ſibi viciſſim fuerunt idæa: MARIA fuit idæa Chriſto, quantum ad humanitatem, veluti ſuprà diximus, & Chriſtus Mariæ, quantum ad Diuinitatem: *Tu mihi communicaſti, quod ſim homo: & ego tibi communicabo, quod ſis Deus.*

*Guar. Abbas.*

## IV.

## *Exaltatio perſonæ creatæ.*

Quia quemadmodùm natura humana eleuata fuit in Chriſto; ita perſona humana in Maria: *Vt totum genus humanum, & quantum ad naturam, & quantum ad perſonam ſibi Chriſtus vniret*, eleuans, nimirùm, perſonam Virginis ſpecialiſſima vnione affectus & amicitiæ, vt eſſet

*Carthuſ. de B.V. lib. 1 a. 26.*

Mater Dei; ſuam verò Humanitatem ad v[...]
ad Hypoſtaticam & perſonalem.

## V.

## *Compendium Vniuerſi.*

Andr. Carn.

Quia *quidquid Creator ſingulis creaturis d[...]*
*Matri adornandæ conceſſit.*

## VI.

## *Vltima perfectio Mundi.*

Bern. to. 1. de B. V. ſer. 61. fol 515. Heſich. to. 7. BB. PP. hom 2. de laud. B. V.

*Vltima perfectionis conſumatio vſq; ad partum [...]*
*dilatata eſt; quia omnes creaturæ appetebant [...]*
*eſſet optimum, purum creatum*, & hoc erat [...]
Virgo, imò ratione Verbi Diuini, quod genera[...]
tam perfectionem euexit mundum, vt maiori[...]
capax; vndè Virgo meritò appellari poteſt: [...]
*naturæ ornamentum, gloria luti noſtri.*

## VII.

## *Perfecta gloria Dei.*

S. Bern. to. 1. ſerm. 61. cap. 9. S Bonav. in ſpec. cap. 2.

*Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos, [...]*
*cuius magnificentia ampliùs magnificat Deum, [...]*
*mnes aliæ creaturæ ſimul ſumptæ*, ita loquuntur [...]
nardinus & Bonauentura, *plena eſt omnis terra [...]*
*eius, id eſt, Mariâ relucente in ſe pleniſſimè Diuin[...]*

## VIII.

## *Primogenita Chriſti in redemptio[ne.]*

S. Bern. to. 2. ſerm. 51. a. 3, c. 3. Cant. 4.

*Dicitur primogenita Chriſti, qui plùs pro ea [...]*
*in mundum venit, quàm pro omni alia creatura. [...]*
gitur in Canticis: *Vulneraſti cor meum, ſoror m[...]*
vertit gloſſa, *pro amore tuo carnem aſſumpſi.* [...]
admodum fuit primogenita Dei in creatione [...]
*tiſſimi prodiui primogenita ante omnem creatur[am]*
ſuprà dictum eſt; ita eſt primogenita Chriſti in [rede-]
ptione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## IX.

### *Mare omnis perfectionis creatæ non redundans.*

Nulla enim gratia ſimplici creaturæ conceſſa ſuperat & excedit Virginis ſanctiſſimæ dignitatem; ſed câ omnes inferiores ſunt, nullum eſt priuilegium, prærogatiua nulla, quæ ei non competat & conueniat: *Omnia veritate ipſa ſunt confirmata*, eo enim ipſo, quo ipſi conceditur dignitas Matris, cæteræ connaturaliter prærogatiua, vtpotè, inferiores ei denegari nequeunt.

## X.

### *Omnis laus Mariæ Virgini ſilentium eſt.*

Hoc priuilegium conſequitur ex præcedenti: ſicut enim Beatiſſima Virgo à nobis incomprehenſibilis eſt in merito; ita ineffabilis in laude: vndè hoc ipſum, quod de Deo in ſenſu altiori affirmatur de Deo, de B. Virgine verificari poteſt; *Coram te reputatur ſicut ſilentium laus Angelorum*, quia cunctæ hominum Angelorumque laudes quaſi nullæ ſunt ad explicandam infinitam dignitatem, & merita Virginis, multò minùs cæteræ omnes creaturæ, ſi ad celebrandam Virginis Mariæ laudem linguâ & eloquentiâ instructi, aut inſtrui poſſent, vix enarrare valerent eius prærogatiuas.

*Verſio Chald. in illo Te decet hymnus. Pſal. 64.*

## *Decimum quartum Priuilegium.*

# GLORIA MARIÆ in terra.

I. *Participat aliquo modo gloriam corporalem Beatorum.*

II. *Agilitatem ambulandi.*
III. *Subtilitatem in aliquo gra*
IV. *Splendorem & odorem.*
V. **Habet propria viſibilis ſpeciei domin**
VI. *Sanitatem perfectam, &*
*nonnunquam ab Ange*
*miniſtratum.*
VII. *Grauida ſine grauedine.*
VIII. *Parturit cum gaudio.*
IX. *Naſcitur ſine dolore Matris.*

# Declaratio.

## I.

### *Participauit aliquo modo gloriam* *lem Beatorum.*

*Carthuſ. lib. 4. de B. V. a. 1. S. Anton. p. 4. tit. 15. c. 11. § 5. Gerſon ſuper Magn. to. 4.*

ITa aſſerit Carthuſianus: *Cœpit in hac vita* *ter glorificari.* Et S. Antoninus: *Fuit B. V.* *ſimpliciter, & ſecundùm quid comprehenſor.* E Gerſon: quamdiu in terris degebat B. Virgo, *poris glorificati inchoabat ex abundantia* *perfecto dominio ſpiritus ſuper animam & corpu* *ius corpus videbatur agile, ſubtile, clarum, &* idq; conueniens & decens erat, vt, ſicut pa ẽta fuit dotis eſſentialis animæ in viſione clara quoq; particeps fieret gloriæ accidentalis corp liqua dote corporali, nõ quidem perfecta; ſed quo huiuſmodi dotes participari queunt a c huc viuente in carne paſſibili & mortali.

## III.

### *Agilitatem ambulandi.*

Demonſtrauit hanc agilitatem in variis occa veluti eundo *in montana cum feſtinatione,* & quando, cùm trium eſſet annorum, *ſine*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quantâ manu* celerrimè quindecim Templi gradus aſcen- *S. Hieron.*
*dit, & quanta futura eſſet, huius miraculi indicio Domi-* *ſerm. de*
*nus permonſtrauit.* *Nat. B. V.*

III.

## *Subtilitatem in aliquo gradu.*

Certo quodam modo impaſſibilem ſe exhibuit, quando ſine interruptione & continuò ſe occupabat in vnione cum Deo, nec non ſubtilitate dotatam, quando in variis diuerſiſque locis apparens Apoſtolis omnia tranſiit impedimenta & obſtacula.

IV.

## *Splendorem & odorem.*

De ſplendore ait Albertus, *non ſolùm mens B. Virginis;* *Albert.*
*ſed etiam corpus luce Diuinitatis reſplendebat, & erat ſuf-* *Compend.*
*ficiens argumentum*, veluti notat Carthuſianus, *veritatis* *Theol. lib. 3*
*fidei, quod ſancta Mater eſſet*, imò ipſi S. Dionyſio *immen-* *c. 4.*
*ſus ille & Diuinus ſplendor* erat quaſi augmentum, quod *Carthuſ.*
ſtatum conditionemq; mulieris excederet. Et de ordore *lib. 2. ar. 17*
ac fragrantia idem atteſtatur Dionyſius, quod, quando *S. Dionyſ.*
conſpexit ſanctiſſimam Virginem, ea *omnium odora-* *Epiſt. ad D.*
*mentorum ſuperabundauit fragrantia.* Idq; Carthuſia- *Paul.*
nus aliorum Sanctorum confirmat exemplo: *Si multa* *Carthuſ.*
*corpora viua Sanctorum virtute abſtinentiæ, vel caſtita-* *lib. 1 de B.*
*tis ſuauiter redolebant: quantò magis B. Virgo, quæ ex aſſi-* *V. c. 35. 36.*
*duo Diuinæ prolis contactu & deportatione eius in vtero*
*vehementer extitit Deificata, quia, vt optimè Ambroſius,*
*incomprehenſibilis filius incomprehenſibiliter operabatur* *S. Ambroſ.*
*in Matre.*

V.

## *Habet dominium in propriam ſpeciem viſibilem.*

Corporum beatorum proprium eſt, vt probant Theologi, quod, quotieſcunq; ipſis libet, viſibilia aut inuiſibilia ſe efficiant, idq; non neceſſariò, ſed liberè, cõmuni-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do aliis propriam ſpeciem; & hanc perfectionem quodammodò adepta eſt ſacratiſſima Virgo adhuc in terris exiſtens, vti nonnulli volunt, quia non omnibus eodem, ſed diuerſo modo ſe manifeſtabat, prout expediri iudicabat, vndè malis & impiis propriam occultabat & abſcondebat pulchritudinem, eam verò manifeſtabat iuſtis, veluti S. Dionyſio. Et hoc priuilegium concipi facile eſt in B. Virgine, ſuppoſito dominio, quod in corpus ſuum habebat, conformiter ſuprà innuimus.

## VI.

### *Sanitatem habet perfectam, & cibum nunquam ab Angelis ſubminiſtratum.*

*Caiet. to. 2 opuſc. tr. ult.*
*Galat. lib. 7. c. 10.*

*Diſſonant quidem rationi, Beatam Virginem infirmitatem aliquam paſſam fuiſſe, quia ſimilis debebat eſſe Filio per omnia, quantum fas eſt,* ita Caietanos, & ita firmat Galatinus, nempè, quod corpus B. Virginis perfectè ſanum, non ſubiectum eſſe debebat infirmitatibus corporalibus, quia à peccto originali euaſit libera, & quia *paſſibilem & mortalem filium paritura erat, ne*ceſſariò *quoque mortalis fuit.* Quantum ad cibum, *alimentum per Angelum accipiebat.* Cui aliud quoque annexum erat priuilegium, quod eodem mediante anima quoque reficiebatur cibo gratiæ: ita aſſerit Gregorius Archiepiſcopus, *& per ipſum immaculata implebatur bonis,* quę citati Authoris remitto autho...

*German. Arch. Conſtant. Orat. de oblat. B. V.*
*Georg. Arch. Nicom. orat. de oblat. B. V.*

## VII.

### *Grauida ſine grauedine.*

## VIII.

### *Parturit cum gaudio.*

*Serm. de B. V. ſuper illud Ioan. Signum magnum.*

Duo hæc S. Bernardus B. Virgini attribuit ... comparatione dignitatis Matris Dei; & quia ... originali extitit libera, credere nobis licet hæc ...

ſa fuiſſe priuilegia; etenim grauedo partus, & dolor partus, & dolor parturientis irrepſêre in pœnam peccati originalis.

## IX.

## *Naſcitur ſine dolore Matris.*

*Nullum dolorem attulit parentibus; fieri enim non potest, vt quæ erat voce Angeli gaudium vniuerſorum, afferret tormenta Matri ſuæ in partu.* (Rudolph. lib. de Virg.) Et lex iſta: *In dolore paries,* intelligenda eſt de partu in peccato originali concepto, qui eſt Filius doloris, huiuſmodi verò doloris filia haud erat Virgo ſanctiſſima, quia peccato originali nunquàm obnoxia, ac proindè filia gaudii fuit. Prætereà parturiit ſancta Anna ſine dolore, quia ſine ſenſuali delectatione conceperat, veluti B. Virgo reuelauit S. Brigittæ, quod, nimirùm, S. Anna & S. Ioachim *non ex concupiſcentia voluptatis, ſed ex Diuina voluntate & charitate contra propriam voluntatem conuenerunt.* (S. Brig. lib. 1. reuel. c. 9) Et ſi de multis Matribus legitur, eas per ſpecialem quorundam Sanctorum interceſſionem exigiuum valdè aut planè nullum ſenſiſſe dolorem in eorundem partu, vt magis probabile & pium credendum eſt, ſanctiſſimum Virginem eandem gratiam & cum maiori perfectione ſuæ Matri Annæ impetraſſe, & pro coronide huius capitis de gloria & beatitudine Mariæ Virginis in terra, concludam cum dicto Gerſonis in hæc verba prorumpentis alloquendo Virginem: (Gerſon.) *O terque quaterque Beata: Beata primò quia credidiſti, clamat Eliſabeth. Beata ſecundò, quia gratia plena, ſecundũ Gabrielis ſalutationẽ. Beata tertiò & Benedicta, quia Benedictus fructus ventris tui. Beata quartò, quia fecit tibi magna, qui potens eſt. Beata quintò, qui Mater Domini. Beata ſextò, quia fœcunda virginitatis honore. Beata ſeptimò, quia nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem.*

## *Decimum quintum Priuile-gium.*

# GLORIA MARIÆ in cœlo.

I. *Gloria ſufficiens ad ſtatum.*
II. *Gloria omnem creaturæ gloriam ...*
*& fons gloriæ.*
III. *Coronata à Patre.*
IV. *Honorata ſummoperè à Filio.*
V. *Dotata à Spiritu ſancto.*
VI. *Glorioſa in dotibus corporis.*
VII. *Glorioſa in aureola Sanctorum.*
VIII. *Glorioſa in proprio throno.*
IX. *Declaratur Mater Dei.*
X. *Proclamatur Regina totius Vniuerſi.*

## Declaratio.

### I.

### *Gloria ad ſtatum ſufficiens.*

S. Thomas. ETenim gloria correſpondet menſuræ gra- *gratiam ſufficientem ad ſtatum*, videlicet ... natam & conuenientem infinitæ dignitatis M... idem dicendum eſt de gloria, eſt in hanc im... gloriæ conſiderationis ſuæ vela expendens ... Carnotenſis prorupit in hæc verba: *Filii g...*

Arnold. Carn. *Matre, non tantùm communem ...*
*quàm eandem.*

## II.
## *Gloria omnem creaturæ gloriam excedens, & fons gloriæ.*

Quia eſt gloria ſuperioris ordinis; ergò *improportionabiliter excedit omnem gloriam aliorum Sanctorum, ſicut circumferentia centrum*; vndè aliud ſequitur Virginis priuilegium, quod ſit fons & Mater non gratiæ duntaxat, ſed etiam gloriæ: *Sanctiſſima Virgo habet fontalem fœcunditatem ad generandos omnes Sanctos, non tantùm in gratia, verùm etiam in gloria.* Præterea ait S. Bernardus: *Hoc glorioſæ MARIÆ priuilegium eſt, quod quidquid poſt Deum pulchrius, quidquid dulcius, quidquid iucundius in gloria eſt, hoc MARIA, hoc in MARIA, hoc per MARIAM eſt.* Et conludit S. Bernardus: *Summa gloria noſtra eſt, O MARIA, poſt Dominum te videre.* Vnionem horum duorum priuilegiorum confirmat ſimilitudo S. Bernardini, nimirùm: quemadmodum omnes ſtellæ *ſuperantur à Sole, & irradiantur à Sole*; ita gloria Virginis omniū ſimul Sanctoium *ſuperauit gloriam, & illam copioſis augmentis cumulauit*; Inſuper Stellæ cum Luna ita ſuperantur à Sole, vt *in comparatione illius ſint, quaſi non ſint, nec poſſint, nec debeant apparere*; ad eundem modum cæteræ omnes aliorum Sanctorum gloriæ quaſi euaneſcunt, quando immenſa Virginis comparet gloria, & ad hanc gloriæ eminentiam peruenit ſanctiſſima Virgo per ſummam ſuam humilitatem: *Et bonitas Dei, & profunda B.V. humilitas videbantur concedere, MARIA ſe humiliante, & DEO hanc exaltante: imò MARIA & non ſolùm ſe humiliante, ſed & in humilitate ſub omni creatura ſe abiiciente, & Deo tamen non ſolùm exaltante; ſed & ſuper omnem Angelicam creaturam eam magnificante.*

S. Bern. to. 1. ſerm. 61. c. 8.
Carthuſ. de B. V. art. 9.
S. Bern. l. cit.
Apud. D. Bona. in ſpecul. c. 6.
Tom. 1. ſer. 61. c. 3.
S. Petrus Dam. ſerm. de Aſſump.
Carthuſ. lib. 4. de B. V.

## III.
## *Coronata à Patre.*

*Quia poſuit diadema Regni ſuper caput eius*, quod

S. Bern. to. 1. ſerm. 61. ar. 3. c. 5. S. Brig. in reuel.

eſt diadema & corona dignitatis Regiæ Matri[s] exposuit Angelus S. Brigittæ, eſt Imperium v[ni]- Mundi, cùm ſit conſtituta Domina cœli & terræ, [reg]- num & Angelorum, qui tantâ animi promptitu[dine &] reuerentiâ ei obediunt, *vt potiùs Inferni pœnas [subi]- rent, quàm aliquibus ſuis præceptis in aliquo [contrauenirent].*

## IV.

### *Honorata ſmumoperè à Filio.*

3. Reg. 2. S. Bern. to. 3. ſerm. 11. a. 2. Carthuſ. de B. V. lib. 4. c. 9. S. Anſelm. Hom. in Lucam. S. Bern. to. 2. ſerm. 51. a. 3. c. 7.

*Surrexit Rex Salomon in occurſum Matris ſuæ, & [ado]- rauit eam*; ita Chriſtus ſanctiſſimam ſuam [hono]- Matrem, & quænam fuerit iſta honoris exhibitio [expo]- nit Carthuſianus: *Adorauit eam Filius Adoratione [hy]- perdulia, vt Matrem digniſſimam, ex filiali re[uerentia]* vſurpans hoc vocabulum *adorauit*, pro hono[rauit] quo frequenter in ſacris paginis ſumitur & [...] & ſi, iuxta ponderationem S. Anſelmi, & S. Ber[nardi] Chriſtus tantâ competat mercede beneficium [...] cuilibet amoris ſui ergò præſtitum, quâ non [...] remuneratione dignatus fuit propriam Matrem [quæ] tanta & tàm multa propter perſonam & amore[m] fecit & perpeſſa fuit? *Non pauperem, ſed ſumm[um] Filium in vtero ſuſcepit, nudum carne vel [...] operuit, eſurientem pauit, ſitientem lacte potauit, [...] per infantiam, & jacentem non ſolùm viſitauit, [...] balneando, fouendo, leniendo, geſtando freque[nter] comprehenſo & crucifixo quaſi in carcere [...] ſtando iuxta crucem.*

## V.

### *Dotata à Spiritu ſancto.*

Carthuſ. de mutua cogn. SS. in patria art. 14. S. Ildephõ. ſerm. de Aſſumpt.

**Et** hæc dos animæ *eſt premium gloriæ, [...] tiua*, & tres continet partes, quæ ſunt: *Viſio, [...] tio*, correſpondentes fidei, ſpei, & charitati [...] Hoc præmium ſine menſura fuit in B. Virgine, [...] *comparabile fuit, quod geſſit, & ineffabile, quod [...]*

*ita incomprehenſibile eſt gloria præmium, quod prome-retur.*

## VI.

## *Glorioſa in dotibus corporis.*

*Eſſe in anima & corpore glorioſo eſt priuilegium B. Vir-ginis*, aſſerit Ambroſius Catarinus, idque ex eo, quod in ſuis reuelationibus habet S. Brigitta, eique reuelauit Virgo ſanctiſſima, confirmari poteſt, *Scias*, inquit, *quod nullum corpus humanum eſt in cœlo, niſi benedictum cor-pus Filii mei, & corpus meum.* Dotes glorioſæ ſanctiſ-ſimi corporis Virginis, quæ ſunt: claritas, ſubtilitas, agi-litas, impaſſibilitas, magno cum exceſſu ſuperabunt glorioſas dotes, quas reliqua Beatorum corpora ab ex-tremo iudicii die in cœlo obtinebunt; Sicut gloria eſ-ſentialis animæ Virginis excedit eſſentialem aliarum a-nimarum gloriam, quia dotes iſtæ reſultant meritoriè à gloria animæ; ergò quo maior erit gloria animæ, tan-tò etiam maior erit gloria corporis, & *quid mirum*, in-quit S. Bonauentura, *ſi dote claritatis clariſſima ſit in cœ-lo, quæ dono ſanctitatis tàm clariſſima fuit in mundo. Item quid mirum ſi dono ſubtiliſſima ſit, quæ dono humi-litatis tàm ſubtiliſſima fuit in mundo; item quid mirum, ſi dote agilitatis velociſſima ſit in cœlo, quæ dono pietatis tam velociſſima fuit in mundo, ut cùm abiit in montana cum feſtinatione. Denique, quid mirum, ſi dote impaſſi-bilitatis impaſſibiliſſima ſit in cœlo, quæ dono patientiæ & æquanimitatis tam impaſſibiliſſima fuit in mundo.*

*Ambr. Cat. lib. de conſumat. gloria Chriſti & Maria.*

*S. Brig. apud Carth. lib. 4. art. 7*

*S. Bonn. in ſpec. cap. 6.*

## VII.

## *Glorioſa in Aureolis Sanctorum.*

Idem dicendum eſt de Aureola Virginis, quod, nimi-rum, ſine comparatione ſuperabat reliquas omnes Au-reolas aliorum Sanctorum & Virginum, & Doctorum, & Martyrum, in quantum fuit *Virgo Virginum, Doctrix Apoſtolorum, & Regina Martyrum*; ſiquidem corporali-ter quoque mortua fuiſſet, niſi per miraculum fuiſſet

*Charthuſ. l. cit. art. 18*

præſeruata; & huic quarta adiungitur Aureol[illegible] liſſima & propriiſſima Virgini, & eſt Aureola M[illegible] tatis, quæ *eſt ſingularis quidam & admirabilis* [illegible] *in corpore B Virginis, vel aliquid aliud, quod ſit* [illegible] *ſigne Regiæ dignitatis & Diuinæ Maternitatis, &* [illegible] *in omnes Beatos.*

## VIII.

### *Glorioſa in proprio Throno.*

*Gerſon. to. 8. ſuper Magn.*
*Ildephonſ. ſerm. de Aſſumpt.*
*S. Auguſt. in Ioan. 17 c. 56.*
*S. Bern. to. 1. ſerm. 61. c. 4.*

Nõnulli volunt, ſanctiſſimam Virginem ſolam[illegible] in cœlo ſecundam quandam Hierarchiam [illegible] ſub Hierarchia increata ſanctiſſimæ Trinitatis [illegible] creatam Hierarchiam Angelorum aliorumque [illegible] rum, ac proindè eam proprio ſuo inſidere thro[illegible] Dei Sanctorumque thronum conſtituto. Al[illegible] in eodem Christi throno eam eſſe collocatam; [illegible] *ſuit eam intra thalamum maieſtatis ſuæ, id eſt,* [illegible] *illis, & cum gaudio eam ſecum in throno collocauit* [illegible] *V. eſt thronus Dei, thalamus Dei, tabernaculum* [illegible] *gnum eſt ibi eſſe, vbi ipſe eſt.* Et huius ration[illegible] S. Bernardinus, *quia ratio naturalis dictat, quod* [illegible] *Regis ſit in ſede Regia,* & vterque dicendi modus [illegible] tur fundamento: non eſt ſanctiſsima Virgo i[illegible] throno Dei aut Chriſti, quia non eſt in eodem [illegible] eſt in eodem throno, *& adſtat à dextris Filii,* [illegible] *eſt in potioribus bonis filii, id eſt, per maximum* [illegible] in quo ſenſu humanitas Chriſti etiam dicitur [illegible] dem throno Dei ad dexteram Patris, nempè in [illegible] *bonis Patris, & per maximum acceſſum ad Patre*[illegible]

## IX.

### *Declaratur Mater Dei.*

*Carthuſ. lib. 4. a. 6.*

Quemadmodum gloria Chriſti in Reſurrecti[illegible] Aſcenſione eius *fuit in oſtenſione Diuinitatis;* [illegible] gloria Virginis in mirabili Aſſumptione *fuit in* [illegible] *Maternitatis,* cùm declarata, manifeſtata, agnita [illegible] ta fuit pro vera Matre Dei; ac primò declarat[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

æternus eam *eſſe Matrem digniſſimam unici Filii ſui, atque in hoc habet poteſtatem & maieſtatem imperialem poſt Filium ſuum ſuper omnem creaturam.* Similiter eam declarauit Filius, dicendo: *Hæc eſt genitrix mea veriſſima, quæ me concepit, peperit, nutriuit, ac fideliſſimè ſeruiuit in natura humana aſſumpta, & ſicut nullus mihi ſic miniſtrauit in humilitate mea, nulli abundantius miniſtrare volo in gloria mea, nec ſatis glorioſior videor, ni ancilla glorificetur.* Denique eam manifeſtauit Spiritus ſanctus, dicendo: *eam eſſe ſui amoris fornacem, ſuæ operationis officinam, in qua, & per quam formatum eſt corpus mundiſſimum Filii Dei, & ſumma creata eſt anima Chriſti, & in ea, & per eam fabrefecit, quidquid in gratia mirificum operatur.* Carthuſ. lic. cit.

## X.

## *Proclamatur Regina totius Vniuerſi.*

Chriſto proclamato Regi acclamatur: *Viuat Rex*, & MARIÆ proclamatæ Reginæ pariter acclamatur: *Viuat Regina, viuat in æternum*, & ſicut viuit in corde Dei & Chriſti, ita viuat & regnet in cordibus noſtris, & per gratiam hic in terris, & per gloriam in cœlis, Amen. 3. Reg. 1.

Et hæc ad gloriam Virginis de priuilegiis eius in particulari ſufficiant. Nunc ſubiicientur nonnulla principia & rationes, ob quas præfatæ prærogatiuæ & aliæ quam plurimæ meritò attribuantur, & conueniant eidem ſanctiſſimæ Virgini.

PRIN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PRINCIPIA

## Quibus

### *Stabiliuntur & probantur prærog[...] ſanctisſimæ Virginis.*

*S. Aug. lib. 3. de lib. arbitrio. Albert. in Marial. S. Tho. 3. p. q. 27. a. 1. S. Dionyſ. apud Alb. l. cit.*

PRimum eſt D. Auguſtini: *Quidquid tibi ver[...] ne melius occurrerit, id ſcias feciſſe Deum:* [...] matur tùm ab Alberto in ſuo Mariali, tùm à D. T[...] *Quod rationabiliter creditur*, inquit ille, *B. Virg[...] cedendum eſt.*

Secundum eſt D. Dionyſii: *Secundum ordi[...] rarchicum perfectiones inferiorum habent ſuperi[...] cum excellentia;* ergò cunctæ perfectiones cr[...] turis conceſſæ debent conuenire B. Virgini, vt[...] periori ordine vnionis conſtitutæ, & cum ma[...] lentia. Hoc idem principium approbat & dec[...] ſon: *Quidquid perfectionis eſt in creaturis, tribu[...] B. Virgini formaliter, vel eminenter.*

*S. Aug. 9. ſerm. de Aſſumpt. Gerſon to. 9 ſuper Mag. S. Anſel. ſerm. de Aſſumpt. S. Auguſt. apud Alb. cit. Scotus diſt. 9. q. 1. Suarez. S. Bernardin. Ep. 174*

Tertium principium ex decentia & conu[...] eſt S. Auguſtini, Gerſonis, S. Anſelmi & aliorum[...] *Deus & decuit*, vt hanc vel illam gratiam c[...] Virgini; *ergò voluit & fecit.*

Quartum ſumitur ex non repugnantia & [...] guſtini: *Quod non repugnat, nec rationi, nec au[...] ctoritati, ab Eccleſia Mariæ eſt tribuendum.* [...] cipium tribuitur Scoto: *quod auctoritati E[...] Scripturæ non repugnat, videtur probabile, quod [...] tiùs ſit attribuendum Mariæ.* Idem princip[...] bat & ſequitur P. Suarez: *Quod per ſe decet, [...] nec authoritas obſtat, concedendum eſt B. Virgi[...]*

Quintum ab exemplo aliorum Sanctorum [...] tur, & eſt S. Bernardini: *Quod vel paucis mort[...] ſtat eſſe collatum, non eſt fas ſuſpicari tantæ Virg[...] negatum.* Idem principium approbat S. T[...] Albertus: *Vt à nullo in nullo debeat ſuperari.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sextum principium deducitur à proportione medii ad finem, & eſt D. Thomæ: *Quod Deus eligit ad aliquem finem, ita præparat ac diſponit, vt inueniatur idoneum ad talem finem.* S.Tho 3.p. q.27.a.1. Alb. l.cit.

Septimum fundatum eſt in maiori aut minori diſtantia à principio gratiæ, & etiam eſt D. Thomæ: *Quantò magis aliquid appropinquat alicui principio, magis participat effectum illius principii*; ergò cùm Virgo ſanctiſſima inter omnes creaturas propinquiſſima fuerit principio gratiæ, Chriſto videlicet, præ reliquis etiam participare debet eius gratia & priuilegia. S. Tho.3.p. q.27.a.4.

Octauum principium conſiſtit in proportione, quam habere debet diſpoſitio ad formam, & eſt eiusdem Angelici Doctoris: quemadmodùm enim in rebus naturalibus *datur tertia perfectio diſpoſitionis, formæ & finis*, veluti in igne eſt calor diſponens ad formam ignis, qui & procedit & naſcitur ab eadem forma, & conuenit igni in propriâ ſphæra; ita in Virgine conſiderare debent tres modi perfectionum & gratiarũ, prima perfectio eſt diſpoſitiua, ſecũda cauſata eſt *ex præſentia Dei in ſuo vtero incarnati*, tertia eſt gratia conſummata in gloria.

Nonum principium oritur ex exigentia gratiæ habitualis ſanctificantis animam, & quò hæc reperitur in gradu eminentiori, eò excellentiora ei debentur dona & priuilegia; ergò ſi in Virgine fuit gratia ſanctificans in gradu eminentiſſimo, quia, vt probat S. Thomas, non tantum fuit *ſecundùm infuſionem in animo, ſed etiam ſecundùm reduntantiam in corpus, quia in corde eius amor Spiritus ſancti ſingulariter ardebat, ideò in carne eius mirabilia fiebant, vt ex ea naſceretur Deus & homo.* Inſuper continuit gratiam eo modo, quo eam habuit Chriſtus, videlicet, *per refuſionem in omnes homines*, eſto *non de condigno, ſed de congruo*, Quâ de cauſâ de B. Virgine dicitur: *Mille clypei, id eſt, remedia contra mala, pendent ex ea. Et in me eſt omnis ſpes vitæ & virtutis*; ergò & excellentiſſima ei debentur priuilegia. S Thom. opuſc.8. Cant.4. Eccleſ.24

Decimum principium refertur à Petrò Galatino; eſtque fundatum in proportione & correſpondentia cauſæ materialis cum filiali; quia quò materia ordinatur ad nobiliorem finem, eò nobiliori ratione & modo diſponi Petrus Galat. de Arcan. fid. lib. 7.ap.6.

poni ac præparari debet: ita videmus, inquit illa
xiam ordinatam ad formam ſenſitiuam nobilior
eſſe diſpoſitam eâ, quæ ordinatur duntaxat ad
vegetatiuam, & eodem modo diſpoſitio materiæ
cipiendam animam rationalem nobilior eſt ei, q
ponit ad formam ſenſitiuam; ergò cum corpus
ſimæ Virginis eo fine formatum fuerit, vt ex
illo conciperetur, naſcereturque Filius Dei, & i
*lata Virgo concepta fuit non tantùm vt homo*
*vt Mater Dei quoque foret*, dicendum eſt,
buiſſe diſponi ac præparari omni meliori modo
cum plenitudine omnium gratiarum ac priuileg

Vndecimum principium ſumitur ex compa
S. Tho. o- gratiæ ad dignitatem Matris: quia omnes gra
puſc. 8. *parantur ad Maternitatem Dei*, *vt diſpoſitiones*
*prietates ad formam*, quę tametſi in infinitũ pr
nunquam tamen formæ perfectionem attin
ſunt; ita pariter omnes gratiæ & priuilegia ba
te Virginis ſemper inferiora erunt.

Duodecimum pribilegium eſt perfecta ſi
quam cuncti ſacri Doctores ſupponunt inter C
eiusque Matrem; etenim ſicut Christus eſt
Matri in humanitate: ita è contra Mater eſt
Christo in Diuinitate, quantùm tamen fert d
ter creaturam & Creatorem; vndè affirma G
Guerr. Ab. Abbas Christum dixiſſe Virgini: Communi
quod homo ſum, & ego communicabo tibi, q
ſis. Et hoc perfectò competebat amoritalem
inter & talem filium exiſtenti. Porrò ſimilitu
telligitur *ſecundùm debitam proportionem*, nec
ea diſtantia, quæ eſt inter dignitatem Christi &
ſit quoq; inter gratiam Christi & gratiam Virg

Decimum tertium, quia tota gloria, quæ
tribui poteſt B. Virgini, redundat in Christum
*dubium*, ait S. Bernardus, *quidquid in laudibus*
S. Bern. hō. *proferimus, ad filium pertinere, & rurſum cùm*
4. ſuper *filium, à gloria Matris non recedimus.*
Miſſus eſt.

Vltimum principium, quod & primarium
quorum omnium fundamentũ, eſt dignitas M
Dei, quæ in ſuo genere eſt infinita, quia m
quam ſit filius Dei, dari nequit, & in ſuo ordine

eſt, quia pertinet ad ordinem vnionis perſonalis, cùm ad illam neceſſariò terminetur, ſitque in ſua virtute immẽſa; etenim quamuis phyſicè nonniſi quandam habeat relationem Matris ad Chriſtum, tanquam ad proprium filium; moraliter tamen conſiderata eſt principium & radix omnis gratiæ, cum *Deus* intuitu huius ei donauerit certum quoddam ius & dominium in omnia bona, & naturæ, & gratiæ & gloriæ.

Hęc ius & exigentia Maternitatis Virginis explicari ac declarari poteſt exemplo vnionis Hypoſtaticæ in Chriſto: quemadmodùm enim hæc phyſicè accepta aliud non eſt, quàm formalis quædam communicatio, quâ perſona Diuina ſe communicat naturæ humanæ Chriſti; at moraliter conſiderata ſecundùm id, quod ei ex natura ſua conuenit, eſt radix & principium gratiæ; ad eundem modum cum proportione diſcurrendum eſt de Maternitate Virginis, videlicet, quod phyſicè aliud non reſpiciat niſi Chriſtum vt filium; at moraliter ad omnes ſe extendat gratias & priuilegia, quæ tali dignitati conuenire poſſunt. Poteſt inſuper hæc Virginis dignitas declarari eminentiori modo, comparando eam cum dignitate Dei, de qua ait S. Bernardus: *In hoc vno Verbo, ſcilicet (eſſe) in* quo conſiſtit natura & eſſentia Dei, *inſtaurantur omnia, ideò idem eſt Deo (eſſe) quàm omnia eſſe; vndè ſi hæc dixeris, nimirùm, eſſe bonum, magnum*, vti ſi hüic vocabulo (*bonum*) adiunxeris alia attributa in particulari, *nihil addidiſti; ſi non dixeris, nihil diminuiſti*: Simili modo & ratione dici poteſt de ſanctiſſima Virgine: *In hoc vno Verbo ſcilicet, Deiparâ, inſtaurantur omnia*, cunctæ continentur perfectiones; vndè *idem eſt Virginem Matrem Dei eſſe, & hanc omnia eſſe*, omnes videlicet, perfectiones conſequentes; quapropter *ſi hæc dixeris, nihil addiſti* dignitati Matris Dei, *ſi non dixeris, nihil diminuiſti.* Propter eandem dignitatem alij ſacri Doctores eâdem ducti ratione attribuunt Beatiſſimæ Virgini hoc idem, quod verificatur ſolùm de Deo, aſſerentes dignitatem Matris Dei eſſe talem; *quia maius aliquid nec eſſe nec cogitari poteſt*, cum hoc tamen diſcrimine, quod dictum hoc abſo-

S. Bern. lib. 5. de conſid. c. 7.

lutè verificetur de Deo, de Virgine verò; (...)
ergò dignitas Matris talis eſt, vt *non poſſit dari* (...)
*tari maius ſub Deo.* Idem dicendum eſt de reliq(...)
tiis & priuilegiis, quæ, modò eam deceant, (...)
Virgini, & maiora iis, quæ propriè ei conueniunt (...)
la alia pura creatura haud reperiuntur.

Pro meliori eminentiæ dignitatis huius intelig(...)
ponderat S. Bernardinus ſanctiſſimam Virgin(...)
duntaxat eſſe Matrem, ſed Matrem naturalem (...)
ad quam igitur certa quædam æqualitas inter (...)
& filium, quemadmodùm, & eſt exemplum (...)
ris, vt ferrum ſit cauſa naturalis ignis, igni ſimi(...)
æquale fiat, neceſſe eſt, concipiendo intra (...)
ignis naturam; ita Virgo ſanctiſſima, vt eſſe (...)
Mater Dei, eleuari debuiſſet *ad æqualitatem* (...)
*cum Deo*, & quia hæc æqualitas fieri haud p(...)
transformationem in eandem Diuinitatem (...)
*quandam quaſi infinitatam gratiarum & per*(...)
Maternitas igitur Dei eſt ſumma quædam (...)
participatio attributorum & perfectionum Di(...)
in quarum conſideratione affirmare non dub(...)
guſtinus, hanc rationem ſufficere ad conclu(...)
ferendumque in Virgine principatum ſupra (...)
quodcunque altiſſimum etiam priuilegium (...)
debet, inquit Auguſtinus, *notitia humana* (...)
*turam Reginam Angelorum pro eo*, *quod Regi*(...)
*Angelorum*.

Ex dictis ſequitur, qualem de Virgine (...)
beamus æſtimationem & opinionem, nempè (...)
ac naturæ humanæ conditionem excedentem (...)
rando & contemplando eam, non velut (...)
limitatam; ſed quodammodò infinitam & (...)
non ratione duntaxat infinitatis & imme(...)
verùm etiam comparatione ſui, & ſecundum (...)
tam; non formaliter ſed virtualiter; (...)
de Sole aſſerunt, quod ſit virtualiter calid(...)
talis formaliter in ſe ipſo; ſed quia habet (...)
ducendi calorem; ad eundem modum de Vir(...)
ctiſſima dicere poſſumus, quod habet ratione(...)
immenſi, omnipotentis, non quod has per(...)

*S. Bern to.1 ſerm.61.a 2 c.2.*

*S. Aug. ſer. 31. de Sanct.*

ſeipſa formaliter contineat; ſed quia habet virtutem concipiendi & pariendi infinitum, immmenſum, omnipotentem, puta, Verbum Diuinum, Filium naturalem Dei.

Prodeant, modò nonnulli erga B. Virginem aliàs deuoti; at nimis timidi & ſcrupuloſi in concedendis & ampliandis eius laudibus, & communicandis ei gratiis & priuilegiis illis, quæ ſub Matris dignitate comprehenduntur, audiant, quid Archiepiſcopus Nicomedienſis, ſanctè & benignè eos corripiendo, contra eoſdem pronunciet: *Tu autem, O homo, noli de iis dubitare noli examinare rationem eā, quæ ſunt incomprehenſibilia, vides inauditam naturæ innouationem, vides Dei Verbum modo ineffabili inhabitare in eius vtero, vides Paterno conſilio Spiritus in ea adumbrationem, & de his dubitas? nihil eſt dubium, ex his quæ ſunt caſtiſſimæ Virginis ex eius magnalibus nihil eſt, quod non ſit conueniens, omnia à veritate ipſa ſunt confirmata.* Vno verbo: ne dubites Virgini attribuere priuilegia minora, vbi ei conceſſa à Deo conſpicis priuilegia maiora, veluti, Incarnationem Verbi, obumbrationem Spiritus ſancti, & quod ſit vera eiuſdem filii Mater, cuius Deus eſt Pater.

*Georg. Archiep. Nicom orat. de oblat. B. V.*

Verùm, vt omnis, ſi quis adhuc eis ineſſet, è medio tollatur ſcrupulus, aduertendum eſt, vt benè etiam notat Caietanus, duobus modis nos poſſe aſſerere & affirmare aliquam veritatem: vno modo *affirmando aliquid tanquam certum & de fide, ita, vt contrarium ſentiens ſit Hæreticus*: alio modo, *affirmando aliquid tanquam probabile & piè credendum, ita, vt contrarium ſentiens non ſit Hæreticus*; quando igitur ſancti Patres & Doctores B. Virgini nonnulla attribuunt priuilegia, inter quæ illud quoque eſt, quod nonnunquam in vita intuitiuè viderit Diuinam eſſentiam, non primo, ſed ſecundo modo id affirmare & aſſerere intendunt, quemadmodùm etiam docet Gerſon, quod, vt B. Virgini tribuatur aliqua perfectio haud ſit neceſſarium, id ſit certum, & de fide; ſed ſufficit, *quod non ſit temerariè, vel impertinenter dictum; ſed pium & probabile*, & quod noſtras ædificet animas, & cauſa exiſtat, vt creſcamus in deuotione, reuerentiâ & charitate maiori erga B. Virginem exercendâ; vnde ex

*Caietan. to. 2. opuſc.*

*Gerſon to. 1. de declarat.*

doctrinâ *Doctoris* huius loco citato eruitur, quod
tiescunque aliquid affirmatur de B. Virgine, qu
ſtræ fidei non aduerſatur principiis, neque SS.
doctrinæ, id piè probabiliterque credi poſſit
dignitatis & excellentiæ Virginis incrementum,
ſtram ædificationem.

Præterea aduertendum, tres perfectionum
Deo conſiderari poſſe, quaſdam proprias Dei,
communicatas, nec communicabiles creatu
communicabiles & communicatas; alias de
communicatas, ſed communicabiles; quando
gitur de perfectionibus & priuilegiis ſanctiſſim
ni communicandis, non intelliguntur perfection
priæ *Dei*, non communicatæ, incommunicabiles,
*Albert. in Marial.* à ſe, independens, infinitum, & ſimiles perfection
que eſt ſermo de perfectionibus aliis Sanctis
municatis, etenim has omnes, veluti ſupra qu
batum fuit, B. Virgini concedendas eſſe,
omne dubium eſt. Solùm igitur ſermo eſt de p
nibus non communicatis, ex natura tamen ſua
nicabilibus, & de hiſce tota præcedit difficult
beãt concedi & attribui B Virgini, & in hiſce
dum eſt iuxta principia ſupra poſita; neque
aliquid in particulari definiri poteſt, ſufficit
*Albert. l. c.* ſali aſſerere id, quod aſſerit Albertus, Sanctiſſim
ni communicatas fuiſſe cunctas perfectiones
ſuâ communicabiles, quarum, ſecundùm
modum operandi Dei, pura creatura capax eſt.

## *De præſentia Virginis.*

VT exercitii & praxis huius præludium
dum eſt, præſentiam Virginis non vnicam
ſimplicem eſſe præſentiam; ſed compoſitam
nempè, ex præſentia Virginis, & ex præſentia De
eſt præſentia Mariæ Matris Dei: ergò conne
as præſentias, & Mariæ tanquàm Matris, &
quàm Filii: ſicuti in conſideratione Chriſti
ſideratur vna ſola natura humana, ſed vna pe
duabus naturis, humanâ & Diuina compoſita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recipitur ſanctiſſimum Altaris Sacramentum, non recipitur duntaxat Chriſti corpus, ſed cum corpore Diuinitas Chriſti vnita corpori: Ad eundem modum quando contemplamur Virginem Matrem, haud eam ſeparare poſſumus à conſideratione Dei Filii, vndè habita præſentia Virginis, habebitur quoque præſentia Dei ei vnita, adeoque certo quodam modo ſecurior perſeuerantiorq; eſt præſentia Dei in Matre, quàm præſentia Dei ſôla, quemadmodùm fructus magis conſeruatur, ſi aſſeruetur vnitus & coniunctus plantæ, & gemma ſecuriùs poſſidetur vmboni annuli incluſa, quapropter S. Franciſcus in viſione illa duarum ſcalarum, quarum vna rubra, altera alba erat, vidit, quod, qui albam conſcendebant ſcalam, quæ figurabat deuotionem erga Matrem Dei, gradatim aſcendendo fœliciſſimè & abſque caſu attingerent ſcalæ terminum, vbi alii conſcendentes ſcalam rubram, quę figurabat deuotionem erga Paſſionem Chriſti, non perſeuerabant in aſcendendo, ſed retrocedebant & cadebant in terram.

Veritatis huius figura extitit Arca, quæ non erat ſeparata à propitiatorio Dei: Virga Ieſſe, quæ flori vnita erat. vnde ait S. Bonauentura: *Si florem habere deſideras, virgam floris precibus flecte.* Hanc ob cauſam Sancti ſemper plurimi fecêre tanquàm rem magni momenti & commodi, vt in ſeruitio Dei continuam in ſe conſeruarent memoriam & præſentiam præcelſæ genitricis & Matris Dei, quia eſt præſentia ſecum ferens aliam præſentiam, videlicet præſentia humana adducens ſecum Diuinam; ideoq; præſentia eſt ſatians animam, eamque adimplens ſummo ac infinito bono in præſentia & vnione cũ Deo.

*2. Reg.*
*Iſai. 11.*
*S. Bona. in ſpec. c. 10.*

Quotieſcunque, anima mea, gratiam hanc præſentiæ Mariæ Virginis adepta fueris, optimè dicere poteris: Venerunt autem mihi omnia bona mea pariter cum illa, quia ſi habueris præſentem Mariam, habebis præſentem Chriſtum: ſi Chriſtum, Deum: ſi Deum, ſanctiſſimam Trinitatem: ſi ſanctiſſimam Trinitatem, totam Curiam cœleſtem, Angelos, Sanctos, Paradiſum, gloriã & omne bonum, tibiq; inſerviet nunquàm ſecura arrha, qua mediante per viam fidei attinges aliam præſentiam in æterna gloria: *Fœlices Angeli*, exclamat S. Petrus Damianus, *qui B.V. habent præſentiam, nos memoriam*

*S. Petrus Dam. ſerm. 1. de Nat.*

S. Petrus Dam. ſerm 1. de Nat.

*& ſi dulcis memoria, quid erit præſentia? intim*...
*mur nos ſuauitate memoria, donec dulcedine*...
*tiemur.* Hoc ſuppoſitâ veritate tanquam ce...
duas præſentia Virginis continet partes, vna...
dicitur præſentia intellectiua, alteram, quæ aff...
citur; quantum ad primam, ſanctiſſimam V...
præſentem nobis imaginari debemus como...
eandem deſcripſit S. Ioannes in Apocalypſi...
ſtat veſtitæ Sole, quæ Lunam habeat ſub pedib...
ius caput ſit coronatum ſtellis; Sol eſt Diui...
Luna eſt tota rerum creatarum vniuerſitas, ...
nio & imperio ſubiecta, & corona ſtellarum ...
priuilegiorum à ſanctiſſima Triade commu...
præterea conſidera, quâ ratione præcelſa hæc...
Domina manu teneat calicem aureum pu...
tioſiſſimo Filii ſui ſanguine repletum, quem...
terno Patri in noſtræ ſalutis pretium; conte...
ſuper, quomodo ſanctiſſimæ Virginis throno...
bilis aſſiſtit Angelorũ caterua & multitudo...
diuerſa pulſent inſtrumenta muſica, ſuauiſſ...
tent vocibus tùm Virginis Matris, tùm Chr...

S. Bonau. Pſalt. B.V.

des & encomia, vnus chorus præcinat: *Sa...*
*ctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum*...
nat & reſpondeat: *Sancta, Sancta, Sancta Ma...*
*nitrix, Mater & Virgo.* Denique oculos de...
terram circumſpice, quomodo cunctæ crea...
nua humillimè prouolutæ ſanctiſſimæ Virg...
cent gratiam, ſanguinisque Filii eius implor...
pationem, dicentes: *Famulis tuis ſubueni pr...*
*tui Sanguine redemptis.* Et hæc de præſentia...
ua & imaginatiua Virginis dicta ſunto, de aff...
diſſeramus.

Varii nobis exercendi ſunt affectus erga ...
Dei Matrem, & in ſpecie actus laudis, quali...
in cœlo, iuxta conſilium S. Bonauenturæ: *N...*

S. Bonau.

*à laudibus eius, & per ſingula momenta ...*

Et hæc laus varia ac multiplex ſit, oportet ...
*benedictionis, per modum attributionis, per ...*
*tionis per modum directionis & inuocationis.*

Quò ad primum, benedicere debemus, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Carthuſianus, omnibus membris, ſenſibuſque ſanctiſſimi corporis Mariæ Virginis, cunctis potentiis animæ, in quantum omnes ineffabili charitate & amore dedêre ſeſe, ac mancipauere obſequio Chriſti Domini. Beatiſſimis oculis Mariæ venerabilem venuſtumq; Chriſti vultum toties ſpectantibus, Beatiſſimis verbis & ſermonibus Beatiſſimo eius collo, quod puerulus IESUS toties, quoties lac ſugebat, amplexatus fuit, & eodem modo diſcurres de aliis partibus & corporis & animæ Virginis.

*Carthuſ. lib. 1. c. 18.*

Secundus modus laudis eſt per attributionem, veluti explicat Gerſon. & dictum eſt ſuprà, attribuendo S. Virgini cunctas creaturarum perfectiones, aut formaliter, aut eminenter.

*Gerſon ſup. Magn. tract. 4. notul. 1. & tract. 3. notul. 1.*

Tertius modus per viam inuitationis eſt, quando inuitamus & exhortamur omnes creaturas ad laudandam & magnificandam potenſſimam Dei Matrem, veluti eandem Reginam & Dominam: *Benedicite omnia opera Dominæ glorioſæ, laudate & ſuperexaltate eam in ſæcula. Benedicite Angeli Dominæ noſtræ, laudate & ſuperexaltate eam in ſæcula. Benedicite cœli Dominæ noſtræ, laudate & ſuperexaltate eam in ſæcula.* Et eodem modo procedes diſcurrendo per alias creaturas.

*S. Bonav. in Pſ. B. V.*

Quartus modus eſt, cùm omnia, quæcunque facimus, dirigimus referimusque ad laudem & gloriam Virginis Dominæ noſtræ.

Quintus & vltimus modus eſt, quando eam cum ſanctiſſimo ſuo nomine ſemper in omnibus noſtris actionibus & operibus inuocamus, & ad ipſam in cunctis noſtris neceſſitatibus recurrimus. Et hæc de præſentia affectiua.

Capiti huic coronidem imponam expoſitione cuiuſdam figuræ præſentiam Virginia appoſitè innuentis, ex qua melius percipietur, quantæ vtilitatis neceſſitatisq; ſit dicta præſentia.

Populo Hebræo in diſerto commoranti, & per deſertum iter agenti mirabilis Dei Prouidentia ſubminiſtrauit quandam columnam, quæ ſimul erat *columna nubis & ignis* hæc Populo tria exhibebat, obibatque munia & officia, Ducis videlicet, Oraculi, & Protectionis; pri-

*Exod. 13.*

primò etenim præcedebat commooſtrans iti
procedebat, proſequebatur & Populus, cùm
bat, conſiſtebat & Populus: *Ad imperium Domi*
*ficiſcebantur , & ad imperium Domini figebant*
Secundò Deus ex columna reſpondebat dubi
Pſal 93. rentibus ac petitionibus ipſius Moyſis: *In colum*
*loquebatur ad eos.* Denique nubis inſtar &
de die protegebat populum à calore Solis, qui
to Arabiæ ardentiſſimus eſt; & veluti ignis
bat noctẽ, è cõtrà verò obtenebrabat obcęcab
prios inimicos, & hanc Deus Populo Hebræ
Prouidentiam; aſt longè maiorẽ Populo Chri
monſtrat, dando nobis in Ducem Oraculum
ctricem, non nubem & ignem, ſed ipſammet
am, cuius formæ iſtæ materiales & corpor
ſymbolum & figura, vt igitur Diuinæ
Altiſſimi cooperemur Prouidentiæ, continua
tiam Virginis, vt conductricis noſtræ, itiner
ducis & comitis per inuium Mundi huius
cœlum vſque promiſſum conſeruare debemus
& quies noſtra, cunctæ noſtræ actiones fier
nutum, ad voluntatem, *ad imperium Domina*,
*Domina* & Reginæ noſtræ, & in quacunque re
ficillimâ ad nos roborandos animandosque
ciat: *eſt Imperium Domina*, ita præcepit Regina
talis eſt voluntas Virginis.

Secundò, hæc præſentia tibi inſeruiet pro
quia, vt ſuprà diximus, præſentia Virginis
eſt à præſentiâ Dei; ergò quotieſcunque in
dubiis tuis conſul s Virginem, in ea, & per eam
que reſponſum recipies, & obt nebis.

Denique Diuina hæc præſentia erit prote
nubis inſtar in te mittigabit calorem concu
inſtar ignis accendet te in amorem Dei, quam
tua erit te protegendo, tàm terribilis erit
infernalibus tuis hoſtibus, eos in fugam con
do, eorumque conatus deſtru-
endo.